



II 597

3

DISPUTATIO SOLENNIS  
*DE*  
**OBSEQUIOMILITUM**  
*IN*  
**DEFENDENDO PRÆSIDIO;**  
*Quam*  
**RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,**  
*SERENISSIMO PRINCIPÆ AC DOMINO,*  
*DOMINO.*  
**FRIDERICO WILHELMO,**  
REGNI BORUSSIÆ, ELECTORATUS  
BRANDENBURGICI HEREDE, &c: &c: &c:  
*EX DECRETO ET AUTORITATE INCLITÆ*  
**FACULTATIS JURIDICÆ,**  
*PRÆSIDE*  
**DN. HENRICO BODINO,**  
SERENISSIMI ET POTENTISS. REGIS BORUSS.  
CONSIL: ECCLES: IN DUC: MAGDEBURG:  
ET PROF: JUR: ORDIN:  
H. T. DECANO,  
**DN. PATRONO SUO ÆTATEM**  
**DEVENERANDO,**  
*AD D. XXII. OCTOBRIS M DCC L.*  
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS  
PUBLICÆ DISQUISITIONI EXHIBET  
**JO: CHRISTOPHORUS AURBACH.**  
*Longofaliss.*


---

HALÆ - MAGDEBURGICÆ, LITTERIS SALFELDIANIS.

*Einheits- und  
Vereinheitlichungsprinzipien*

Frater J.





## I. N. J. INGRESSUS.

### §. I.

**S**æva res Bellum est (*inquit Plutar-* *Belli Cala-*  
*chus*) cumulumque secum trahit *mitates in-*  
*injuriarum & insolentiarum. Quo-* *numere,*  
*rum malorum tristissimam faciem*  
*atque incommoda funestissima, si,*  
*ut dignum est, eloqui vellem (qua-*  
*quam nequaquam, sicut res postular, possum; ) quis*  
*foret prolixæ disputationis modus? Sensum hu-*  
*manum eum perdidisse necesse est, quisquis tam*  
*magna, tam horrenda belli mala, eiusque multas &*  
*multiplices clades, duras, & diras necessitates, si-*  
*ne ingenti animi dolore, saltem cogitaret, nedum*  
*pateretur. Vid: Augustin: *de Civit: Dei. L. XIX.C.**  
7. Et Grot: *d. J. B. & P. Lib. 2. c. 24. n. 10.* Heu  
miseri itaque, qui bella gerunt! quibus saepe con-  
tingit, ut vixtor fleat & vixtus intereat, hoc est:  
Bella sunt poena tam Victori, quam Victo, Speidel:  
*in Speculo Iurid: polif: Hist: p. 374. & seqq: add: E-*  
*yasini Roterod: Dissert: de Bello, Chiliad, 4. Cent: i. Bon-*  
*bra de Arte Belli & Pacis Lib: 2. Disc. 2. Kortholt:*  
*Dissert: de Studio Belli & Pacis, Kiloni, 1690, Reinking.*  
*de Regim: Secul: & Eccles: L. 2. cl. 3. c. 3. & in Polit:*

A

Bibl.

*Bibl. Lib. 2. Ax: 125. 139. 142. & 197. Derschau in  
Hodosophia Viat: Christiani, c. 14. ibi: Der Krieg fin-  
det ein Land/wie Eden / und verläßt es/wie So-  
dom und Sodom und Gomorrha.*

§. II.

*Pacis uberrima fructus.* Contra, dulce nomen *Pacis* est! Pax est omnis felicitatis, quā homo in hāc vitā gaudere potest, genetrix foecundissima. Hāc florente, civitates quoque florent, incolarum opes gliscunt, juris, justitiaeque forum patet, &, (ut generaliter dixerim,) omnium promovetur ac conservatur salus atque securitas. Tale scil: Bonum est *Bonum pacis*, ut in rebus terrenis atque mortalibus nihil *gratius* soleat audiri, nihil *delectabilius* concupisci, & nihil *utilius* posideri, Augustin: *Lib. 19. de Civit: Dei. c. 11.* Quā pace non modo ii, quibus sensum natura dedit, sed etiam tecta atque agri lætari videntur, Cic: *pro L. Agrar: philipp: 13. c. 1.* Quid est? Ob quōd *Salomonis Regimen* aternō deprædictetur elogio, illeque estimetur omnium Regum, quos ulla vidit *xtas*, sapientissimus, nisi quōd pacem habuerit in omni circuitu, habitaritque Iuda & Isræl absque timore ullō, unusquisque sub vite suā, & sub fico suā. *I. Reg. c. 4. v. 5.* Quocirca, propter tot, & tanta *Pacis* Bona sapientissime monuit Ulpianus in *L. 13. ff. de Offic. præsid.* Nihil esse, quod magis bono ac gravi *Præsidi*, (*Principi*) congruat, quam curare, ut pacata sit provincia quam regit. conf. B. Dn. Brunnem. *de Pace, diss. 9.* Gvevara Horolog. *princ. L. 3. c. 14.* cum aliquot seqq. Rein-king, *Polit. Bibl. L. 2. Ax. 140.*

§. III.

## §. III.

Utinam hæc altius penetrarent corda eorum, *Votum pro-*  
*quorum in manu est Res Christiana, qui que mini-*  
*firi lecti sunt ad regendos, non ad perdendos Ho-*<sup>summis Im-</sup>  
*mines, Deo carissima animalia, ut Grotius ait in E-*  
*pilogi sui operis, de J. Belli & Pacis, cap. ult. §. ult.*  
*perantibus.*  
 Utinam cogitarent: Reges non unius sibi creditæ  
 Gentis rationem saltem habere obnoxios esse, sed  
 magnæ etiam illius universitatis, i. e. totius huma-  
 ni generis, vid. Otto in *Templ. Pacis* p. 26. & D.  
 Joh. Schulz in *Poloniâ nunquam tribut*: & esse  
 non φιλομάκεδον tantum, aut φιλομάνης, sed  
 φιλανθρώπης i. e. ut gallicus interpres, Mons. de  
 Courtin hæc verba exprimit: qu'ils doivent s'appel-  
 ler, non les amis des Macedoniens ou des Romains,  
 mais généralement de tous les hommes. Grot.  
 proleg. §. 24. & Ziegl. ad c. l. Quam in rem haud  
 injustas movet querelas Seneca. *Controv. 9.* Que  
 tanta Vos fert ira (aiens) cum una stirps idemque "  
 sanguis sitis, vel, que furia in mutuum sanguinem"  
 egerunt? Quod tantum malum humano generi vel "  
 sorte vel fato inventum? An, ut convivia poculis "  
 exstruantur, & tecta auro fulgeant, parricidium "  
 (i. e. bellum) tanti fuit? An, ne quid libidini nege- "  
 tur, orbis servitium expetendum est? Et quanquam "  
 sa penumero Dominantium impotentia, ac alia vi-  
 tia eodem modō toleranda sint, quō sterilitas &  
 nimii imbres, & cætera naturæ mala, Tacit: *Lib. 4.*  
*Hist. & Annal. 16.* Cum vel ob subjectionis vin-  
 culum, vel defectus virium nemo sit, qui ipsos, ju-  
 stitiae tramites transcendentes, corrigere, atque in-  
 ordinem cogere possit, tamen, cum potestates den-

*Deus ab Impenitentibus tur fatid, eiusque iussu Reges constituantur, cuius ius-  
rationem exigit administratio-*

*naturae, si non ritè administretur, peculia-  
rem etiam mereri animadversionem, atque suppli-  
cium, cum injuriæ, Deo illatæ, ei etiam sint curæ,  
qui non est passurus, tantum patientiæ onus frustra  
mortalibus esse impositum. Hinc egregiè Forstne-  
rus, Cancell. Montbelgard: Politicus Prudentissimus  
ad L. 3. Annal: Tacit: & Hypomnem: Polit: 27.  
p. 116. seq: ita scribit: infinita à Theologis scripta*

*volumina, quæ de casibus conscientie, notissimo illis  
casuum vocabulo, inscribuntur: in quibus etiam minutis  
scientie, simæ actionum humanarum continentur & deli-  
principum citorum rationes, non, quales mortalium judicia ha-  
actiones examinare, non bent, vel effugint, sed quales coram tremendō  
minare, non satis studue- immortalis judicis tribunali judicantur, tantà tam-  
runt. que exactâ diligentia examinant, ut saepius vel  
teruncii causâ Numinis iram, poenasque animas  
post hanc vitam manere, justissimâ severitate pro-  
nuncient. Res profectò sanctissima, sed quæ hoc  
habet imperfectionis, quod privatorum fere con-  
scientiam attinet, Regum transmittit. Operæ au-  
tem pretium esset docere magnos Homines, divi-  
nas Leges etiam ipsis latas, & inferorum sedes non  
plebeja tantum sclera, sed Regum etiam ambitio-  
nem & avaritiam expectare. Hæc Forstnerus, Poli-  
ticus ille Excellentiss: cum quo conferendus Do-  
ctor illius, Trajanus Boccalinus in Lapide Lydio Po-  
lit: p. 119.*

*Indomitos celebret licet ille vel ille tyrannos,  
Et Reges, veluti Numina sancta colat,  
Attamen, ut rectè faciant; Natura requirit,  
Ne violent Leges, Lex veneranda jibet,*

*Quod*

Quodlibet, haud licet hoc, Deus est, qui crimina punit  
 Qui vitiis penas dat statuimus suas.  
 Quas fecit, teneat Leges, hac optima lex est,  
 Sic regitur populus, sic Themis alma viget.

## §. IV.

Sed hæc mecum volvens animadverto: me *Sempiterna*  
 dulces quidem somniare conceptus, quin formare *Pax magis*  
 immodicæ beatitudinis ideas, quarum mensuram *optanda*  
 tunc demum omnes Principes sunt adimpleturi, *quam spe-*  
 quando felices aurei seculi conditiones renascuntur, *nandas.*  
 de quibus Virgil. *Georg. l. 1.* ubi,  
 si credere fas est, perpetuum erit ver, homines  
 vescentur frugibus mitibus, sponte natis, & fruebun-  
 tur fluminibus, Nectare ac lacte abundantibus.  
*Lucanice* & taceta bullientia loco ostrearum sparsa  
 erunt per flumina. *Turdi* volabunt ora circum, qui  
 bene conditi erunt, coetique mirè, supplices edi roga-  
 bunt. *vid. Pufend. d. J. N. & G. Lib. 4. c. 4. §. 8. &*  
 Autor Gallicus dans le voyage de l'autre monde.  
 Bella erunt potius, quamdiu durabunt ho-  
 minum cupiditates, i.e. in omne ævum. Et suos  
 habebunt defensores, suos laudatores quoque Prin-  
 cipes, eosq;; ut, quot bella quisque gessit, tot æter-  
 næ & nunquam peritura gloria monumenta sibi  
 statuisse, ab ineptis adulatoribus prædictetur, Sunt  
 verba Magnif. Dn: nostri Pro-Rectoris in elegant:  
 Dissert. de Offic. Imper. circa conscribend. milit.  
 §. 1. in fin. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordia,  
 seditiones, bella nascuntur. inquit Cic. de fin. 1. Et,  
 cum id demum sit: Regem esse, impunè quidvis fa-  
 cere, dudum est, quod profusa libidines bellandi  
 apud eos, quibus sumimum rerum arbitrium à Deo  
 datum est, in adulta & prævalida abierint vitia.

A 3

Hinc,

Hinc, cum, ad excusandam Regum Romanorum  
ejectionem, Marcus Cato Censor, Reges omnes esse  
de genere bestiarum rapacium, dicere haud veritus  
esset, Hobbesius hoc assertum satis ingeniosâ per-  
stringit censurâ, *in epistolâ dedicatoria Lib. de cive:*  
“ipse autem populus Romanus, dicens, qui per Afri-  
“canos, Aliaticos, Macedonicos, Achaicos, cæteros-  
“que à spoliatis gentibus cognominatos cives, totum  
“fermè orbem terrarum diripuerat, qualis Bellua  
“erat? Licet itaque sententiarum plausta ex Juris  
naturalis, ac civilis Doctoribus Moralistæ coacer-  
varent, nihil tamen aliud efficeretur, quâm ut pa-  
lâm facerent verba de malis, quibus remedio am-  
plius locus non est; haud dissimiles illis Passagiorum  
laudatoribus, communem hostem, i. e. Tur-  
cam, unitis ac conjunctis viribus aggrediendum esse  
suadentibus, quorum consilia, licet sint pia, tamen  
magis sunt optanda, quâm speranda, cum nunquam  
tam felix ævum futurum sit, ut in tantum animorum  
consensum homines conspirarent. vid. Boëcl.  
*Diss. de Passagiis, inter Dissert. ejus Acad. Argento-*  
*rati, 1658. in 8. & 1701. in 4. excusas.*

## §. V.

Cui hæc videantur dubia, aut nimis liberaliter dicta, ille præsentia intueri martialia secula, in  
quæ Deus nos reservavit, haud gravabitur. Mars  
jam ubique clasicum canit, & tota ferè Europa aut  
jam ardet bello, aut æquanda ferè est sepulto sub  
cinere igni, vel potius ignivomis Siciliæ & Cam-  
paniæ montibus, qui combustibiles flamas ali-  
quandiu recondere solent, ut post intervallum eò  
majorem possint edere stragem. Videant Hobbesii  
obtre-

Applicatio  
ad præsens  
ævum.

obtrectatores, utrum adeo absolum sit eius assertum: Pacem nullam adferre securitatem, sed saltem esse respirationem belli, mox redintegrandi, c.,, 13. §. 7. & 8. de cive. Animadvertant, quæso, quam paucis adhuc ea insidet animorum modestia, quam Tacitus de Chaucis, (qui ad Fluvium Visurgim in tractu, qui hodie vocatur Frisia Orientalis, communiter dicuntur habitasse,) laudat cap. 35. de mor. germ. Populus, inter germanos nobilissimus, qui que magnitudinem suam malit justitiæ tueri, sine cupiditate, sine impotentia, quieti, secretique, nulla, provocant bella. Idq; præcipuum virtutis ac virium, argumentum est, quod ut superiores agant, non per, injurias assequantur.,,

## §. VI.

Desinamus ergo, surdis narrare fabulam, aut *Belli necessitate*, cum Erasmo Roterodamo: *Libello de christiano militate*, & Joh. Fero *libro de pace tenenda*, licentiam bellicam (cuius justitiam Grotius Lib. 1. c. 2. d. J. B. & B. funditus & pro more, juxta omnium juriū fontes examinavit, & contra negantium sententiam vindicavit,) impugnare; ne homines gladiis accincti, & penes quos virtù seculi utilitas propè est justi mater & æqui, nostros de justitia commentarios, tanquam maleferiorum ac otiosorum hominum commenta, quæ præstrepitu armorum audire non possunt, eadem facilitate dissecant, quâ nos operosissimas aranearum telas, quā admirabiles etiam sint tenacitate filii, operisque, vid: Verulam: *Augm: Scient: L. I. fol. 15. & 16.* nosque cum Sene Antigone irrideant, aut cum Carneade nostram justitiam pro summâ stultitiae venditent. Qvin cum omnia jam bellis

8 (o) 25

bellis sint plena , non tam de bellorum injustitiā, quām de Officiis, à Martis alumnis observandis disputemus. Inter quæ palmarium locum sibi vindicat OBSEQUIUM IN DEFENDENDO PRÆSIDIO à MILITIBUS PRÆSTANDUM. Vīa hæc materia digna paulò uberiori discussione , tum, quod argumenti utilitas hōc avō, quō Mars undique jam crepitat armis, fecat enībus, quatit muros, fulminat tormentis ac sclopetis , nil nisi hominum internectionem , ac terrarum devestationem spirat , hanc opellam sibi dari omnino postulet ; tum, quod scriptores, qui de jure Militari scripserunt, adeoque de hæc ipsā materiā, utcumque numerosi sint, pressius in controversiis anilitaribus, quæ planè diversa sunt indolis ab aliis negotiis ci-vilibus, jus Romanorum sequuti fuerint , adeoque hanc materiam non adeo omni ex parte absolvisse videantur, quin adhuc quedam enucleatiū propo-nendi locus sit illis, qui ingenium hic exercere ver-lint ; quamdui enim Quirites non ex campis eli-sais revertuntur, multis in casibus supervacaneum erit, juxta Romanorum placita jura tradere milita-ria. Ostendendum præterea, non semper valeat illud Taciti: Agricol c. 9. subtilitatem deesse milita-ribus ingenii, quia castrensis jurisdictio semper esset obtusior, ut plura manu agens calliditatem fori non exerceret. Qui conatus igitur ut prosperè cedat, Be-nevoli Lectoris favet, è cā, quā par est, humanitate im-ploro, ut, si probari non merear, ramen excuser, Cum quæstiones hic propositæ ferè omnes tam cla-ræ non sint, ut in iis consentiat Julianus, nec con-tradicat Marcellus.

CAP.

C A P. I.  
De obsequii Militaris Necessita-  
te, & utilitate,

§. I.

Quanquam sit vulgatissimum : Verborum prius, quām rerum rationem esse habendam, cum cuiusq; rei potissima pars sit Principium l. i. ff. d. Orig: Juris. & ver-les, Praesidia non satis intellecta multis errationibus ansam præsum. bere possint, hāc tamen vice, in enucleandis vocabulo- rum significationibus non erimus prolixī, quōd existi- memus, ejusmodi anxiam, in vocabulorum originem, inquisitionem Judice Forstn: in not: ad Tacit: L. XII. Annal. c. 47. magis spectare ad delicias philologicas, quām politicā, aut juridicā sobrietatem; Evitan- dæ tamen ambiguitatis causā hāc notasse sufficiat: Vocabulum *Obsequij* non in eō sensu nobis sumi, quōd invenitur apud Juris Romani conditores, pro hono- ris saltem externi exhibitione, & reverenti aliquā verecundiā, quale genus obsequii liberi parentibus, & liberti patronis suis exhibere tenebantur, & in eō potissimum consistebat, ne v. g. quis parentem, vel pa- tronum, sine imperatā veniā, in jus vocaret, aut fa- mosā actione conveniret, aut jusjurandum calumniæ ab iis exigeret, sine parentum jussu nullas celebraret nuptias, & quæ sunt alia honoris signa, de quibus tot. tit: ff. & C. de obseq: parent: & patron: præst: & Sa- muel Sellius in disp: de obseq: Parent: & Patron: præstand: Regiom: 1687. tām molli enim obsequio disciplina militaris planè repugnat. Sed in longē la- xiori significatu nobis stat hoc vocabulum, & denotat

B

talem

talem obedientiam, quæ plenariam involvit subjectiō-  
nem, & ferē indeterminatam obligationem alterius jus-  
sis citra ullam reluctantiam parendi. conf: hic illustris  
Dn: Strykius disp: *de obsequio judicis inferioris c. 2. §.*

*Quid miles* 3. & seqq. Miles hic nobis est persona, ab eō, cuius  
sūl est belligerandi potestas, in bellum lecta, in nume-  
rum relata & Sacramentō confirmata. *Lauterb: ad tit.*  
*ff. de re milit:* quamvis enim jure civili quis incipiat  
esse miles, ex quō in numerum relatus est *L. 42. ff. de*  
*testam: milit:* quō tamē arcīori vinculō adstringa-  
tur, sacramentō confirmari solet, *Illustr: Dn. Stryk. in*

*Quid Praef- not: ad b. t. Praesidium non minus est vocabulum*  
*dium?* πολισθημ i. e. plures recipit significaciones. Quandoque sumitur pro ipsis militibus, quibus defensio alicuius loci munita est commissa, vor eine Besatzung oder Guarnison, quandoque pro ipsis locis munitis, à militibus contra invasionem hostilem tuendis. Sic Cic: *ad Attic: Lib: I. ep: 5: armati in praesidiis multis in locis collocabantur.* Posterior significatio potissimum est hujus loci, quam eam ob causam retinuimus, ne vocabulum Fortalitii delicatis Criticorum auribus sit offendiculō, qui jubent, omnem vocem, quæ non ex aureō Latinitatis seculō suum accepit valorem, magis formidandam esse, quam ob opilione lupum, ne se misceat ovium gregi. Ne itaque de bellō inter gentes differentibus bellum grammaticale adhuc me-  
tuendum sit, me ab hujus vocis usu temperavi.

## §. II.

*Remp: nec*  
*Militibus,* Absque militibus, atque munitionibus Remp:  
nec salvam, nec tutam esse posse, eum latere non pot-  
erare posse: est, qui malitiam hominum & esrenem augendæ pro-  
priæ potentia libidinem penitus habet perspectam;

ex

ex quorum malorum contemplatione facilè has sibi  
formabit prudentia regulas: Pacem inter mortales es-  
se satis debilem & infidam, eamque adeò solam, citra  
alia Præsidia, malignè admodum hominum salutem  
custodire, cum nulla Pax tam firma sit, quæ non fa-  
cillimè in bellum deflectere poscit vid: Pufend. d. J.  
N. & G. Lib. 2. c. 2. §. 12. Iis autem maxime licet in  
pace vivere, qui ad bellum gerendum optimè sunt in-  
structi, & tunc demum felix est respubl: si tempore pa-  
cis de bellò cogitar, Militibus proinde opus est, qui  
signis jugiter inhærentes, remp: ab omni bellorum  
necessitate defendunt L. 31. C. de Locat: & conduct:  
quō sīt in bellò Præsidium, in Pace decus. Tacit: de  
morgerm: c. 13. sive, prout Imperator optimè rem de-  
clarat in pr: inst: Imperatoriam majestatem non so-  
lum Legibus armatam, sed & armis decoratam esse de-  
cere, ut utrumque tempus & bellorum & Pacis rectè  
gubernare possit, vid: interpp: commun: ad d. loc: D.  
Brandmyller JC: Basil: Diff: ad dict: princip: inst:  
Basil: 1687. & novissimè illustriss: Dn: Comes de  
Henkel Orat: Panegyr: in coronat: regiam Lit: D. in  
fine Hale 1701. in fol: Et ne quis molestias atque in-  
commoda quibus rem publicam premunt, nobis oc-  
cinat, idem de militibus liceat ferre judicium, quod  
Metellus de Uxorū necessitate nobis reliquit, apud  
Gellium Noct: Attic: Lib: X. Si sine uxore, (milite)“  
quirites, possemus esse, omnes cā molestiā careremus“  
sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis“  
commodè, nec sine illis ullò modò vivi posit, saluti“  
perpetuæ potius, quam brevi voluptati consulendum.  
Ferè ad eundem modum, quō quis dicere solitus est,  
citante Feltmanno in prefat: ad Resp. milit: si print-

cipes Pacem & fidem servarent: so gôsten die Soldaten so viel als warme Ofen in den Hundstagen.

## §. IV.

*Nec Praesi-  
diss.*

Uta. Dómus cuique est tutissimum receptaculum, atque refugium L. 18. ff. de in ius uocando. ita post demonstratam militum necessitatem, munitæ urbes eadem utilitate ac necessitate se commendant. Otiosæ enim sunt nonnullorum veterum altercationes: *Conducantne muri & munimenta urbibus?* Ipsa Natura dissentientibus videtur repugnare, quæ, ut facultatem vitalem obfirmaret, cerebrum, & cor, nobilissimas corporis partes, multis, & duris ossiculis circumsepsit. Quis n. non videt, quantum roboris urbes bene munitæ præstant, aut ad refranandos seditiones impetus, aut ad arcendos à finibus nostris Hostes, [quibus validarum urbium obsidiones, magnorum exercituum persæpè sepulchra,] aut ad recipiendos milites pugnâ infeliciter gestâ. Quod ultimum causa fuit, quare Augustus, trucidatis in Germaniâ tribus Quintilii Vari legionib[us], adeò fuerit exterritus, ut est apud Svetonium in *Augusto*, quod cognoverit, posse Germanos, fusō exercitu, qui haec tunc fuerat Imperii limes, ob munitarum urbium inopiam, inoffensō pede Romanam venire. Vaniloquentia erat Themistoclis, qui interrogatus: qui fieret, quod Sparta moenibus careret? Respondit? *Viri civitas sunt, non mania?* Cum progressu temporis Spartani, à Pyrrho bellô petiti, ad munitiōnum confugerint Præsidium, ita, ut stulti munitiōnum contemtores noxiâ experientiâ luerint meritas soliditatis pœnas. vid: Bernegg: *Quæst: Miscell: ad Tacit: vitam Agric: qv: 196. conf: & illustr: Dn: Sryk: Disp: de Fortalitiis c. 1. pasim Volum: 1. Disp. 24. item Reyher de Munitiōibus Kiloni 1668.*

in 4°

in' 4.' Machiavellus in Principe, cap. 22. ubi Conringius  
in Notis. Septalius de Ratione Status Lib. 2. cap. 26.  
Mochinger Orat: XV. Gedan: Gedani 1637. fol. Schrifte-  
meier specul: Polit: quæst: 25.

## §. V.

Tantum igitur momenti, cum in tuendis muni *Omnibus of-*  
*tis locis situm sit; evidens est, in communi periculō sicutum in-*  
*omnium quodque versari causam, adeoque quemlibet <sup>cumberē de-</sup>*  
*ex Civibus obstrictum esse, imminente hoste, velut <sup>fendendae</sup> munitionis.*  
ad communem incendium defendendum, omnes ferre sup-  
petias, ne munitæ urbes in ejus perveniant manus, ad  
exemplum istius coloni, qui, cum videret vicini porcos  
per lupos eripi, hos cum robustis canibus persequevutus  
est, atque pecora ista eripuit, ut Ulpianus ex Pomponio  
hunc casum refert, in L. 44. ff. de acq: rer: Dom: a  
munitionum enim conservatione tota dependet Rei-  
publ: ac Patriæ salus, cuiusque a, privata utilitas com-  
muni est innexa, haud secus, quam, quemadmodum in  
animalibus salus partium dependet à salute totius, ita  
quoque cuiusque privata utilitas in communi contine-  
tur bond. Respublica incolumis, & privatas res sal-  
vas facile præstat: publica prodendò, (i. e. deferendò,)  
non adjuvandò, ) tua nequicquam serves. inquit Liv.  
L. 26. c. 36. cui consonum est illud Pauli in L. 65. §. 5.  
ff. pro socio: Semper non id quod privatim interest  
unius ex sociis, servari debere, sed quod societati expe-  
dit add: l. un. §. 14. C. de Cad:toll: unde formula nota,  
quā utebantur Romani in subitā vi, hominum, qui  
cunque obvii essent aut exaudirent, auxilium invoca-  
tes: Porro Quirites, & quiritari i. e. vestram ego im-  
ploro fidem, O Romani! ferte opem, sive ut gal-  
licus interpres eleganter reddit: au secours Romains,

à l' ayde. conf: Grot: d. J. B. & P. Lib: i. c. 5. § 2, n. 1.  
 ibique Gronov: ut & Mevius. Part: 6. Decis: 283. &  
 Part: 8. Decis: 454. Inde sequitur, quod, quanquam  
 aliás nonnullæ personæ ab excubiarum muneribus  
 (& inhospitalitationis molestiâ) sint immunes, & vel ob  
 certam qualitatem, vel Legem, vel singularem Prin-  
 cipis indulgentiam, vacatione gaudeant, quales sunt  
 v. g. Clerici, Nobiles, Senatores, Consiliarii Princi-  
 pium, Professores, Doctores &c. vid: l. 6. C. d. episc:  
 & Cler: L. 4. 5. 14. C. de dignit: L. 11. C. de Affess: L. 6. &  
 11. C. de Prof. & Med: & tot: tit: ff. de vacat: & ex-  
 cusat: mun: & tit: de jure immunit: ff. add. Klock. de  
 contrib: c. 15. n. 25. Tamen summe necessitatis casus  
 hic eximendus sit. Cz. Dec: 263. & Struv. Sym: Jur:  
 civil: Exercit: 50. §. 73. tunc n. omnis homo miles  
 est, ita, ut nec toga, nec Prætexta, nec ornatus clerica-  
 lis quicquam excusationis conferat, quô minus ad com-  
 munia obligarentur onera. Ista enim immunitatis  
 concessio, quam prætendere possunt, non nisi de quoti-  
 dianis & anniversariis, neutiquam verò de ejusmodi  
 extraordinariis muneribus est intelligenda, quæ sum-  
 ma necessitas exigit, & quibus resp: carere non potest,  
 ut rec: è rem explicat post alios Grot: de J. B. & P.  
 L. 2. c. 16. §. 27. n. 1. Quod limitatur, nisi alii ad sint,  
 qui pro certâ mercede pro iis excubias agere parati  
 essent; quæ enim tunc foret invidia? non pati ut  
 per alium, si non magis, tamen æquè idoneum, tales  
 actus expediuntur.

## §. VI.

*In primis ta-*  
*mén hoc of-*  
*ficium pecu-*  
*tariter mili-*  
*tibus incum-*  
*bit.*

Ante omnia autem Præsidiorum defensio Mili-  
 tibus nostris sit curæ cordique, qui eum in finem sæ-  
 pe per tot annorum spatia, periculorum expertes, tot  
 sum-

Sumptibus aluntur, tot incommodis tolerantur, ar-  
ctissimò jurisjurandi vinculò adstringuntur, quotidias  
nisi exercitationibus ac excubiis, (ne tempore pacis pla-  
nè pingves post fornacem agant ferias, aut animam  
saltem pro sale habeant ad corpus à putredine conser-  
vandum) ad pugnandum idonei redduntur, ut immi-  
nente hoste eò fortius spartam, quām nacti sunt, or-  
nent, & obvia pericula propulsent. Extra periculum  
enim constituto nihil prodest fortitudinem jactare;  
h. e. ut quidam ajebat: **Ein hart Mann zu seyn**  
**auf einem weichen Rüß Feltm:** *Respons. milit.* 1. n.  
64. aut tumidum & efflatum agere Thrasonem, Le-  
giones difflare Spiritu, & quasi ventus folia aut panni-  
culam textoriam; sed in summō rerum discri-  
mine juvat intrepidum ostendere pectus. Non  
tam cœlatum esse aurō argentōque, quām ferrō &  
animō munitum esse, cum illa sint quidem nitentia  
ante rem, sed inter sanguinem & vulnera deformia  
& interdum pauperis victoris præmia, conf: Liv:  
L. 9. c. 39. Unicum militis decus, quō tanquam bonus  
vir ab ignavis potest dignosci, est fortitudo, quæ adeo  
ipsi conveniens, ut à scriptoribus dicatur ipsius *pro-  
prium in quarto modo.* Antequam itaque quis ingre-  
diatur militiam, ut probè genium ac indolem suam  
perscrutetur necesse est, quod constet: utrum omnem  
possit ejurare culpandam timiditatem & penitus se  
mancipare fortitudini. Placet hanc in rem adscribere  
locum, quem habet Serotinus germanicè **der Spate**  
*in suo Auditore militari p. m. 300.* Tapferkeit soll bey  
einem Kriegesmann gleichsam ein proprium in  
quartò modò seyn/ also: **Dass ein Soldat ohne**  
**Herz/ ein Doctor ohne Kunst/ ein Raths-Herr**  
**ohne Witz/ ein Kaufmann ohne Geld/ eine Jung-**  
**frau**

frau ohne Zucht/ und ein Geistlicher ohne Andacht/  
lauter Geschwister Kinder und mit einander nichts  
muzt seyn. & paulò infra: Darum soll sich ein ie-  
der vor Eintrit in den Krieg wol prüfen/ wie es  
mit dem Männlein unter der linken Brust be-  
schaffen/ ob er auch Pulver riechen/ und seinen  
Feind sehen könne. Hæc ille add: Maravigl: *in Proth;*  
*Eth: polit: seu de multiformi Homini statu,* Lege 91, §  
92, & H. Rixner de *Fortitudine.* Et quamvis defensio  
munitionum, juxta dicta in th: præcedenti, in casu ne-  
cessitatis cujusque officio incumbat, alii tamen, extra  
militiam constituti, adhoc officium expediendum, sine  
crimine singulare & arctius mandatum expectare pos-  
sunt, cum econtra quod miles circa hoc neglexit, ipsi  
non injustè pro capitali criminis imputetur; cuius offi-  
cium etiam in eō ab obligatione civis discrepat; quod  
possit puniri, si ad subitanos & improvisoſos casus eti-  
am citra iussum non pugnaverit, secus ac ille qui non  
in militum censum est scriptus.

## §. VII.

**Et inter hos** Hæc autem inclyta virtus potissimum decet *Ducem*  
*sive Loci præfectum,* in cuius fortitudine & consiliō et-  
iam ipsa militum virtus posita est. Quod enim ca-  
pite abscessò manus & truncus, id certò sensu sine pru-  
denti duce Exercitus. Militaris, sine Duce, turba, est  
corpus sine spiritu, inquit Curt: Quamvis magna Bell-  
atorum, quamvis robusta ejus sit copia, tamen *sine*  
*Forti Duce corruit.* Quidjuvar, navem velis instrue-  
re & cursitantibus nautis, si gubernatorem abstrahas,  
eius in scopulos, & brevia, quam rectō cursu in por-  
tum navigium deferretur; idem de copiis militaribus,  
imperterritum caput desiderantibus exilima, Vitelliū  
exere-

exercitus non tam facile fuisset à Flavianis profligatus,  
 nisi inops consilii, rectorisque indigus egisset. vid:  
*Tacit: Lib: 2. H.* Romanæ disciplinæ maximum telum  
 ad res gerendas datum esse, inquit *Livius L. 2. c. 39.* ut  
 scirent: plus referre, qui regerent, quām, qui regerentur.  
 Germanos eandem tenuisse rationem, constat  
 ex *Tacitō. C. 30. de mor: germ:* qui soliti fuerunt:  
 plus reponere in Duce, quām in Exercitu. Cujus obliga-  
 tio etiam in eō à militis gregarii obligatione differt,  
 quod hic extra subitaneos & improvisoſos casus, quos  
 th: præced: exemimus, Ducis sui iussum expectare pos-  
 sit & debeat, ipsique nihil imputandum sit, si quid ex-  
 tra hunc neglegetur, econtra vero Dux ad arctissi-  
 mam obstrictus sit solertia, de quod pluribus in sub-  
 seqq: Nec ille Dux audiendus est, qui in eam dela- *Sola Fato-*  
 bitur dementiam, ut, rebus infeliciter gestis, id, quod *rum infelici-*  
*tas non suffi-*  
*gnavix̄, imperitiæ aut imprudentiæ tribui fas esset, ficientem*  
 soli velit adscribere *fortunæ*, se satis excusatum esse exi- *præbet excu-*  
 stimans, si modò ex nonnullis autoribus possit com- *sationem.*  
 memorare aliqua fortium, at infelicium, Herōum ex-  
 empla, iisque principem de amissâ pugnâ quasi solari.  
 Tali eam modò, si præter novercantem fortunam non  
 aliam noverit adferre rationem, magno cum reip: *ex-*  
 malo, fata prætexendis vitiis obtentui sumerentur.  
 Ad eundem ferè morem, quod saepe laudatus *Tacitus*  
*c. 19. de Mor: Germ:* Severa Germanorum matrimo-  
 nia, septamque horum pudicitiam deprædicans, econtra Romanorum profusas libidines perstringens, testa-  
 tur: Romanis Solenne fuisse, publicatâ pudicitia *præ-*  
*textu seculi*, veniam criminibus indulgere, quasi seculi  
 natura id ferret, (cum tamen vitia non seculo sed  
 moribus hominum sint tribuenda, juxta illud *Martia-*  
 lis ad Cæcilianum : C Non

*Non nostri faciunt, tua quod tibi tempora fôrdent,  
Sed faciunt mores, Ceciliane, tui.)*

Ita enim ait: *Nemo illic virtus ridet, nec corrumpere & corrumpi seculum vocatur.* Ad quem locum vid: prolixè & eleganter differentem B. Rhenanum. Quam non abnuerim, *fortunam subsidiarii, auxiliarii, & commilitonis vicem præstare, nec non sâpe valere illud:* Amm: Marcell: Lib: 14. *Manum injectantibus fatis, solent habebat sensus hominum & obtundit;* aliis econtrâ summa temeritatē summa cedere fortunæ, quemadmodum *Cerialis* nobis à Tacitô describitur Lib: 5. Hist: c. 21. *Quod subitus fuerit consilis, sed eventu clarus.* *Adfuisse fortuna, etiam ubi artes defuissent;* Tamen minimè concedendum est: eam solam esse arbitrum aut eventuum rectricem. Plures enim agnoscimus causas, nempe *Deum, occasionem & artem:* quarum unica, si neglecta, imputatio locum habet. vid: Bernegg: ad cit: loc: Tacit: c. 19. de mor: germ:

S. VIII.

**Obsequium** Tantum itaque abest, fatorum influxum fortissima in tudini omnem posse obstruere viam, ut potius ei ad militè virtus, quæque præclara pateat aditus. Maximè autem hæc præcellens virtus se conspiciendam præbet, si miles strenuô ac prompto obsequio Superioris jussa exsequitur. Omne enim tulit punctum fortissimi militis, qui obsequii gloriam inter officiorum summa reputat, conf. Matth: v. 8. v. 9. Citra hoc enim Bellum non erit bellum, sed foeda potius confusio. *Disciplina majorum Remp: tenet, que, si dilabitur, & nomen Romanum, & imperium amitteremus inquit Severus apud Lampodium in Vita ejus.* Cui consona sunt quæ habet Burg: L. L.

L. 1. Observ: milit: 93. in fin: Ungehorsam der Soldaten ist eine von den schweresten Sünden im Kriege / welche einem allezeit den Hals kostet. Hinc in L. 19. §. 7. ff. de captiv: & Postlim: revers: dicitur: disciplinam Castrorum antiquorem fuisse Parentibus Romanis, quam charitatem Liberorum. Prout exemplum Manlii proprium filium trucidantis, quanquam feliciter pugnasset, aliaque perquam multa apud Romanorum gestorum conditores passim obvia, istius rei fidem faciunt, vid: Val: Max: L. 2. c. 2. Quidam in acie, cum strictum jam ensem in hostem esset infixurus, quoniam interim signum datum esset, receptui canens, non infixit, Roganti vero cuidam: cur hostem, quem in potestate habebat, non occidisset; quoniam, inquit, melius est parere Imperatori, quam hostem occidere, referente Speidel: in Spec: var: Jurid: Polit: Hist: Observ: & Notab: In primis a Turca Scriptoribus laudantur, quod in servando obsequio omnium optimi atque accuratisimi sint, ut veteres quoque Græcos Romanosque longè superare putentur. vid: Michael de Montaigne dans les Essais Lib: 3. c. 12. p. m. 775. Ubi Turcas Nostris in imitamentum ita commendat: j' " aimerois bien, que nôtre jeunesse, au lieu du tems qu'" elle emploie à des peregrinations moins utiles & " apprentissages, moins honorables, elle le mit moitié à " voir de la guerre sur mer, sur quelque bon Capitaine, Commendeur de Rhodes: Moitié à reconnoître la discipline des Armeés Turquesque. Car elle a " beaucoup de differences & d'avantage sur la nôtre. Nostrum itaque erit, paulò profundius excutere, propositis nonnullis Quæstionibus Particularibus, quo usque sese hujus Obsequii Obligatio extendat.

## §. IX.

*Q. 1. Utrum Miles Excep-  
tionem me-  
tus opponere  
posset.*

Est itaque *prima Questio*: Utrum miles, immi-  
nente obsidione, castellum fidei suæ commissum ho-  
sti tradens, si postea ad reddendas rationes fuerit po-  
stulatus, audiendus sit, si dicat: Se metu, constanti-  
am humanam superante, ad deditioñem fuisse coactum,  
quod Hostis minatus fuisset; ni se dederet, se mu-  
nitione expugnatâ nullius Vitæ parciturum, sed omnes  
citra ullam commiserationem internectioni daturum  
esset? *Sa er wolle des Kindes in Mutterleibe  
nicht schonen.* Ad quam quæstionem reponimus:  
Si *Pagano* alicui, i. e. qui non intra numerum milita-  
rem conscriptus, tam atroces minæ fuissent factæ, citra  
dubium excusationem mereretur per *tt. ff. & C.* quod  
met: *caus: ges: & DD. pasim.* Prætoris enim æqui-  
tas & Imperatorum benignitas largam pollicentur in  
integrum restitutionem ei, qui hòc nomine in captio-  
nem incidit, plenisimamque tribuunt excusationem; ex  
ratione, quod ad omne delictum requiratur intelle-  
ctus & voluntas, jam a. nihil sub cœlō, volutati vi-  
deatur magis contrarium, quam metus. *t. 116. ff. d. R.*  
*J.* qui est trepidatio mentis, ob periculum instans vel  
futurum tollens libertatem, & animum perturbans.  
accedit quod metus mortis sit malum constantiam hu-  
manam superans, ut hinc sollicitudo declinandi malum  
non sit vituperanda. *Ait* Mili[n]i nec hanc philosophan-  
di rationem, nec juris Romani placita subvenire, du-  
bio vix caret. Munerum enim militarium exactiones  
rigidissimâ disciplinâ constant, nec constantiam vulga-  
rem sed eximiā quandam efflagitant. Nam & ex fi-  
ne conservandarum civitatum, & usu omnium genti-  
um Summo imperanti Jus competit militi tam ar-  
ctam

tam injungendi obligationem, ut loco assignatō, in Hostem ad extremum usque spiritum pugnet, et si contingat ē vestigiō else occumbendum. Pufend: L. 8. c. 2. §. 1. & 4. d. J. N. & G. Burg: Obs. Milit. Cent: 1. obs. 10 p. 25. Edit. in 4. Michael de Montaigne dans les Essais L. 1. c. 15. de la punition de la couardise. Amor, quād feratur bonus parens in suos liberos, adeò purus est, trahente Carthesio c. 82. de passion, ut eos tenuiore affectu amplecti, quām se ipsum, magis istorum bonis, quām propriis gaudere, magisque eorundem malis, quām suis indolescere videatur, quin, ut eos servet, se perdere non metuat vid: 2. Sam. 18. v. 33. & Pufend. L. 2. c. 3. §. 16. d. J. N. & G. Non tamen tanti, ut, per jam supra tradita charitas liberorum saluti recip: adeoque & Principis, qui eam repräsentat, præferri debeat. vid: exempla in §. XVIII. hujus cap: allata.

## §. X.

*Secunda Quæstio*, quam occasione Metus ob cog- Q. II. II-  
nationis rationem hic proponere liber, hæc sit: Utrum trum Pax,  
sub clypeo incussi injustè metus Princeps pacem, cum ad quam  
aliò Principe initam, possit infringere, & amissum da- quis Metus  
tā occasione recuperare, aut se inquis conditionibus, fuerit coa-  
ad quas injustis armis jure victoriae fuit coactus, for- tius, sit ser-  
tuna favente, liberare? Hanc quæstionem satis vexa-  
tam aliter tractat Grot: L. 2. c. 17. & L. 3. c. 19. §. 11.  
aliter v. Pufend: Lib: 8. c. 8. §. 1. Cum quād consen-  
tit Excellentiss: ac Consultiss: Dn: Thomas: in Inst:  
Jurisp: Divin: L. 2. c. 7. §. 72. Prior rem simpliciter  
negat, posteriores verò eximunt casum: Si quis  
bello injustè fuisset petitus, postquam ad pacificam  
disceptionem sese obtulisset, & bellum deprecatus  
esset, postea verò ad iniquam conditionem redactus  
fuisset:

fuisse : Hunc enim nullo jure prohiberi, quod minus  
 Paci nondum impletæ exceptionem metus opponat,  
 aut post occasione datâ reparationem injuriæ querat,  
 ita tamen, si iniqutis conditionum ita sit manifesta,  
 ut quasi palpari posit. Inter hæc opinionem divortia  
 posteriori sententia libenter calculum nostrum adpo-  
 nimus, modò in conflictu fuerimus edociti, quod, cum  
 tradente Excellentiss: Dn: Thomas: cit: loc: justitia &  
 injustitia non sint remedia apta ad definiendas contro-  
 versias inter summae fortunæ homines, quia vincens  
 nunquam cariturus esset prætextibus, speciem justitiae  
 habentibus &c. non eadem mala, nempe bellorum  
 frequentia, quibus nec modus nec finis imponeretur  
 (cum tamen id fieri humani generis magni intersit)  
 fint metuenda, & utrum ad tranquillitatem generis  
 humani non conducibilius sit, cum ex duobus malis  
 minus induat rationem boni, in omnibus bellis, sive iu-  
 stis, sive injustis, Martem constituere arbitrum & Vi-  
 ctoriae hoc *jus externum* saltem concedere, ut valeat  
*Pax*, ad quam victus à vincente fuit coactus, licet al-  
 ter contra pietatem, contraque boni viri officia eam  
 extorserit, ita ut, quemadmodum alias multa alia vi-  
 tiō non parentia ex jure gentium pro justis habeantur,  
 ita & metus qui tali bello utrinque infertur. conf.  
 Burger *Observat.*: milit: jurid: Polit: Cent: 1. O. 21. &  
 Cent: 3. O. 56. Brückner *de promiss:* per vim extorta  
 c. 1. §. 22. per illustr: Dn. Rhetius *Diss. de Metu* c. 4. in  
 fin: & *Diss. de Pace Thes.* 96. Pisetzky *Fascic.* *Dissert.*  
 add. 14. *imprimis a.* Licent: Schovvart *de Questione*  
*An Paeta, ob Necessitatem publicam inita, cessante Ne-*  
*cessitate sint servanda?* Fr. ad Viadr. 1689. 4.

## S. XI.

Exoritur Quæstio III. Utrum Milites Præsidarii, *Q. III. Am*  
 ad deditiōnem vocati, si eam non modo denegave- *Pertinet re-*  
 rint, sed etiam in defendendō pertinax exhibuerint re- *sistendi studi-*  
 sistēndi studium, quō factum, ut multum sanguinis hu- *um in Milite*  
 mani sit effusum, tandem armatā vi expugnatō Præsi- *sit punienda?*  
 diō, commeriti sint, quibus hostis non modō justē  
 irasci, sed quos eriam explēndi doloris gratiā acerbō  
 aliquō queat afficere suppliciō? In quā quæstione di-  
 stingvendum erit inter id, quod licet, & quod decet,  
 seu, quod saltem ex necessitate aliquā tolerandum est,  
 licet non careat vitiō internō, & quod salvā pietate,  
 & officiorum regulis, fieri possit, omnique ex parte  
 rectum piumque est, ita ut conscientiam quoque excu-  
 set. Quæ distinctio Grotio frequens est in *toto libro*  
*3. sui operis d. J. B. & P.* Quoad Licentiam bellicam  
 non est dubium, majorem fævitiam exerceri posse in  
 eos, qui acrius restiterint, quia sunt hostes mei, inter  
 hostes a, omne obligationis vinculum, quamdiu in sta-  
 tu hostili perseverare velint, nec pacta fecerint, est ru-  
 ptum. *Quicquid in hostibus feci, jus bellī defendit, in-*  
*quit Livius L. 26. & Tacit: Annal. 1. in Pace causas*  
*& merita spectari, ubi bellum ingruat, innocentes ac*  
*noxios juxta cadere.* Ad quem locum eleganter Forst:  
*quemadmodum Caloris vi non modō sicca verum et*  
*iam humida, absuntur, ita bella etiam, quæ justæ*  
*causæ suscipiantur, nefanda quæque opera, cædes,*  
*flupra, sacrilegia secum trahunt. Nemo Martem*  
*ita in potestate habet, ut nusquam exorbitet. Ast*  
*tantum abest, salvā Pietate, ac Justitiæ internæ regulis*  
*majorem crudelitatem in victos exerceri posse, ut po-*  
*tius Milites summam censeantur meruisse laudem, qui*  
*fortiter*

fortius restiterunt, locumque ipsorum fidei commissum masculè defenderunt. Versantur n. in actu non solum licito, sed etiam à summis imperantibus & legibus militaribus sub gravissimis poenis præcepto, ut nulla ferè admittantur excusationes, de quibus infra. Hinc talis saevitia in innocentibus, saltem explendi dolis gratia intelligitur suscepta, ex appetitu ultionis cupidissimo, qui quidem congruit ei naturæ quam homo cum bestiis habet communem, non a. parti rationali, cuius est, imperare affectibus, & nemini nocere nisi qui tale quid coemeruit. vid: Pufend: L. 8. c. 3. §. 8. & Grot: d. J. B. & P. L. 2. c. 20. §. 5. add: Bacoferm. fideli. c. 4. Hinc Alexander, cum in oppido quodam, quod acerius restiterat, puberes omnes jussiſſer interfici, visus est Indis, bellare Latronum more, eamque famam reveritus Rex victoriæ clementius uti cœpit. vid: Grot. L. 3. c. 11. §. 16. n. 4. ibique plura improbatæ hujus ultionis exempla, ex Procopio, Polyeno, aliquæ autoribus, congesta, add: Michael de Montaigne dans les Essais. L. 1. chap. 14.

## §. XII.

Q. IV. II-  
trum Milites  
pulverem ni-  
tratum Ca-  
stello subjice-  
re, & sic si-  
bi mortem  
accelerare  
queant?

Vexatam jam tangimus quætionem: Utrum Obsequium eō usque se extendat: ut, si v. g. castellum non amplius possit defendi, Milites ei pulverem nitratum portius subjicere, cōque accensō se se in minimas particulas discepēdos auræ committere, quām pati debeant, ut, simul cum Castellō, in Hostium deveniant manus? Quam quætionem omnino affirmandam esse arbitramur, si talis internecio expressō superiōris iūssi, qui in me illimitatum exercet imperium sit suscepta. wenn sie ausdrückliche Ordre haben/  
das Schloß zu unterminiren / und sich mit selb-  
gem

gem in die Lusst zu sprengen. Quod casu usu veni-  
er arg: l. 12. § 2. ff. qui & à quib: manumisso: hoc qui-  
dem perquam durum esse, sed ita preceptum. Ratio  
est, quod absoluto imperio absolutum quoque debe-  
atur obsequium, &, quemadmodum ab animâ omnes  
dependent corporis operationes, ita , ut hoc non ali-  
ter agere posit, quâm, prout ab animâ determinatur;  
ita quoque is, qui summô imperio prædictus, habet ad  
civitatem rationem animæ, obedientes a, rationem  
corporis, quique proinde mandato nec quicquam ad-  
dere, nec quicquam diminuere valeant , sed omne  
velle & nolle, operari, & omittere, habent à detér-  
minatione summi Imperantis. Quam mentem ac sen-  
sum colligere ferè posses etiam ex l. 3. ib: ejus est non  
nolle, (i. e. tacitè approbare) secundum Lectionem  
florentinam & explicationem Gothofr: (qui potest velle  
h. e. ut Seneca rem explicat Lib: 6. de Benef: c. 20. 15.  
non videbitur velle, in cuius naturam non cadit nolle. & L. 4. Velle non creditur qui obsequitur imperio  
patris vel domini ff. de R. J. Quas Leges eò sensu hic  
accipio, ut concordent cum verbis præcedentibus, cum  
alioquin haud dignarus sim, intra angustiores cancellos  
in sensu Juris Romani eas esse intelligendas, prout pa-  
tet ex L. 20. ff. de Obligat: & act: & Gothofredi IMO;  
cui varias annexit LL. obstantes, à nobis brevitas stu-  
diò jam prætermittendas. Hinc nostram mentem  
melius explicat Hobbes. C. 6. §. 19. de cive, quam clari-  
lius quoque exprimus verbis paulum mutatis Ta-  
cit: l. 6. c. 8. Annal: Non est nostrum estimare, quibus  
de causis hoc vel illud jubeas, TIBI (intellige Imperato-  
rem Tiberium) summum rerum judicium Diu dederunt,  
nobis Obsequii gloria relicta. Præstat proinde, tali ca-

D

su

su intrepidā mente fatali calamitati obviam ire, quām ex pavore turpiter officio suo deesse. Sic n., si con- cesserit, cum laude & bonis recordationibus ventura posteritas facta ac famam eius persecetur, prout ex- exempla infra annexenda id declarant. Et licet mori durum sit, tamen cogitet: optimos mortalium altissi- ma petere, unumque insatiabiliter parandum: prosp- eram sui memoriam & famam. Tacit: *Annal. L. 4. c. 38.* Valeat tunc illud Virgilii: *Una salus Viētis; nul- lam sperare salutem;* Cūm ēcontra ignobilis illi sit animus, cui major vitæ, quām honestæ famæ cupidio, quique proinde sibi imputet, si cūm ignominia gla- diō carnificis perire & ignaviam justā poenā expiare cogitur, qui adinstar viri fortis vitam finire potuisset.

## §. XIII.

**Q. IV. Quid  
si hoc ipsi  
non sit impe-  
ratum?**

Si verò tam rigida Obligatio Militibus non sit quidem expressè imperata, ex circumstantiis tamen iū colligere possint; quod hōc desperatō consiliō Hosti multum nocere, & longè majorem stragem, quām sunt Praesidiariorum, edere, nec non reip: utilitatem insigniter promovere valeant, v. g. Si ex Castellō, funditus dirutō Belli exitus, ex ejus duratione autem e- jusdem continuatio dependeret; tunc, ex Praesumtō *Principis mandatō* milites ad hoc violentum mortis genus obstrictos esse existimarem; cūm ex ratione salutis publicæ omnes actiones suam recipient interpretationem, quæ multa consilia ac remedia extra- ordinaria suppeditat alioquin citra hanc consideratio- nem vituperanda; Si tamen tale quid intermiscerunt, non istam iucurrunt penam, quām ille, qui expressō jussū est instructus. Contra verò, si quis suā morte nec hosti multum nocere, nec Patriæ insigniter prodeſſe posſit,

**Q. V. Aut  
fi ex erroreā**

ex

ex erronea tamen conscientia tale quid conatus fuerit, conscientia existimans, in quavis occasione sibi pro fide esse motu quid feriendum? Tunc talis, violenta hac destructione, ageret quidem contra se ipsum, nihilominus tamen a Principe fortis ac boni civis laudem mereretur. Quod fortasse collimare videtur gloriosissimae recordationis Sveonum Regis, Gustavi Adolphi, censura, de Praefecto Navis, hoc modò fata sibi accelerante: Er habe bey Ihme und dem Reiche tapffer und treulich / bey seiner eigenen Person aber als ein Schelm gehandelt. Loccen: de Jur: Maritim: L. 3. c. 9. Prius ob exemplum exuberantis fidei, posterius ob defectum mandati, & cessantem utilitatem. Qyam tamen conjecturam de hujus Magni Herois sermone ambiguō, saltem per meduū judicii intellectus, non autem sententiae judicialis colligo, ut hinc salva sit rectius sententium opinio. Hoc tamen forsitan minus approbandum, quod Henniges ad L. 3. c. 3. §. 14. Grot: d. J. minus idoneos B. & P. ex Thuano refert: Praesidiarios in furcam a. ad resistenteratos, quod tali in loco se defendere ausi fuerint, qui dum?

Q VI. Quid si defensoria in loco

nullò modò idoneus erat, ut ex eō Hosti ditionem petenti resisteretur, ex ratione, ut conjecturare liceat, quod etiam fortitudo militaris suos haberet limites, quos, si quis excederet, degeneraret in vitia. Posito enim, hac ita se habere; tamen non est hostis, in hac re judicem agere suspectum contra eos, qui pro fide mori voluerunt. Accedit, quod superbia & ambitionis victoris eō usque progredi posset, ut omnem defensionem in sui contemptum ex merita temeritate susceptam esse interpretaretur, vid: Michael de Montaigne dans les Essais L. 1. cb. 14.

Q. VII. U-  
trum sale  
proprietatum  
in se sit cri-  
men?

modo dicta aliam generant questionem: Utrum tale facinus in se sit crimen? id quod negandum esse existimo, persuasus: non omnem avōxeiā esse vitio-  
sam aut vituperandam; Evidem, non inficias ibo, ci-  
tra ullam causam sibi violentas inferre manus, esse in  
se omni rectae rationi contrarium, quod ejusmodi  
avōxeiā tum in se ipsum, tum in rem publicam, tum in  
Deum summè injustus sit. In se ipsum, quia in corpus  
Tyrannicum exercet imperium, contra rectam ratio-  
nem, quæ svadet conservationem sui ipsius. vid: Ephes:  
5. v. 9. In Remp: socium ei eripiendō, nec non per-  
nitiosō exemplō scandalum prabendō. In Deum, quia  
jus sibi vindicat in vita destructionem, quod Deus so-  
lus sibi reservavit. conf: Deth: 32. v. 39. & Sap: 16.  
v. 13. ill: Dn: Stryk: Disp: de Fortal: c. 8. n. 33. & seqq;  
Et Disp: Sub Præsid: B. Dn: Simonis habita: De Ju-  
stitia hominis circa membra. c. 1. §. 1. & seqq. Hinc He-  
brei mortem vocabant dimisionem, ut videre est Luc:  
11. v. 29. ex ratione, quam Lactantius suppeditat. Lib:  
3. c. 18. Inst: divin: quod ejus iussu ex hac vitâ receden-  
dum. qui nos in hoc corpus induxit, tamdiu habitatu-  
ros, donec jubeat emitti. Verum, quanquam in The-  
si hæc satis rectè se se habeant, tamen quin in hypothe-  
si, sive in applicatione quandoque fallant, vix dubitan-  
dum; Cum multa in se considerata, sint absoluti Ju-  
ris Naturalis Præceptivi, quæ tamen pro varietate cir-  
cumstantiarum, materiæ, ac objecti, ex numerò præ-  
ceptorum sunt eximenda, quibusque deinceps mox a-  
lia Juris Naturæ Regula adplicanda, ex quâ, tanquam  
in Præceptorum concursu fortiori alia interpretatio-  
ne seu limitationem recipiunt, vid: Dn: Hopp: Comment  
ad Insta

*ad Inst. §. n. de J. N. G. & C.* Vi hujus doctrinæ licet Patrem occidere, si hostis fiat Patriæ, veniatque ad eam delendam. *L. 35. ff. de relig. & sumt: fun: Legatos occidere, si hostilia machinati fuerint, Grot: L. 24. c. 18,* §. 4. n. 7. quanquam alias horum ius divinò humanò que vallatum sit Præsidio, ut non modo inter sociorum jura, sed & hostium tela, incolumē veretur, ut loquitur Cic: *Verrina 3.* Et Lege Juliæ, Jure Romanò, teneatur, si quis legatum pulsasse, sive ei injuriam fecisse arguetur. *L. 7. ff. ad L. Jul: add: L. ult: ff. de Legat:* Scilicet cavendum: ne in his actibus, de quibus Naturæ Jus aliquid constituit, quando ob certas circumstantias è classe præceptorum eximuntur, *imago quædam mutationis fallat incautos, cum revera non jus Naturæ mutetur, quod immutabile est, sed res de quâ Jus Naturæ constituit, quæque mutationem recipit,* monente Grot: *L. 1. c. 1. §. 10. d. J. B. & P.*

## §. XV.

Quæ cum ita sint, nescio, utrum non amicus se- *Judicium cessus faciendus sit ab Autore Dissert: de Jusitia Ho- Autoris Di-* minis permisivà sub præsidio B, Dn: D. Simonis habitâ; *sputationis qui varios casas in censum criminis propriucidii con-* numerat, meò judicio eximendos. Existimat enim: *de Jusitia permisivà* eos in foro conscientia parum tutos ac excusandos esse, propterea quod salus publica, cum presentissimâ necessitate conjuncta, propriucidium requirat, & suadeat. v. g. quando is, cui multa reip: arcana sunt commissa; ab hoste captus, examinandusque, ad evitanda tormenta, quibus se parem fore desperat jugulum proprium præoccupando peteret, præscinderetque, ne forte veritatem cum evidentissimò suorum concidium malò, prodere cogatur. &c. tale quid enim non solum esse contraregulas

D 3

Ethi-

Ethicorum, i.e. fortitudinem, sed etiam pugnare cum re-  
stā ratione, quamvis reip: sit maximè salutare. c. 4. §.  
23. dict: dissert: quod reiteratur in *Dissert: 2. c. 2. §. 4.*  
*de iustitiā Hominis circa sua Membra.* Non enim vi-  
detur cohērere: aliquid in summam reip: utilitatem  
esse susceptum, & quidē ex præsumtā voluntate summī  
Imperantis, qui Jus vita & necis in suos subditos habet,  
quod tamen pugnet cum rectā ratione aut legibus for-  
titudinis. Aut rem esse justam quoad effectum, non  
a. quoad causam sive intentionem. Primaria intentio  
erat: reip: ac Patria prodesse ac obsequii gloriam  
exhibere, quæ, quod sit vituperanda, nemo afferet. Sed  
quia hic finis aliter obtineri non poterat, nisi medi-  
ante internecione, secundariō quoque in eam con-  
sentiebat. Quicquid sit: apparet laudatæ Disputa-  
tionis autorem non fuisse ex scholâ stoicorum, nec ex  
Judæorum istorum numerō, de quibus apud Joseph:  
Bell: *Jud: L. 3. c. 23.* Miscelimus inter nos sanguinem,  
morte sponte sumitā, nam ne Deus quidem nos culpet, in  
duo intentos, ut & Imperatorem revereamur, & sacra-  
tas Leges custodiamus; Sed vitae conservandæ studio-  
sissimum, ut potius miracula expectare jubeat, (quæ  
tamen non ad omnia tempora pertinent Petr: Martyr:  
2. loc: com: *Class: 1. c. 8. n. 10.* & miraculorum credulis  
Papicolis citius, quām nobis obtruduntur, quibus plū-  
rima miracula, quæ extra sacras literas traduntur, sunt  
sublestæ fidei) quām ullò modō violentas sibi inferre  
manus. Ego conta in hisce casib⁹ naturaliter in  
corpus suum fix⁹ re līc̄re cum Icto Ulpiano ex *L. 9. §.*  
*7. ff. de Pecul:* afferere haud erubesco. add: Pufend:  
*L. 2. c. 4. §. 5. d. J. N. & G. Ames: de cas: consc:*  
*L. 5. c. 31. §. 14. D. Bezman. Lin: Doctr: moral: c. 15.*  
§. 2.

§. 2. Uffelmann, Prof. Helmst: *de Homagiō*. §. 88. Et ex sacris literis Exemplum Samsonis. *jud.* 16. Razis, Hierosolymitani Senatoris 2. *Macc.* 19. v. 37. & Saulis, 1. *Sam.* 31. v. 4. si verum est hunc resipuisse. vid: Grot. d. J. B. & P. Lib: 2. c. 19. §. 5. n. 4.

## §. XVI.

Unica adhuc quæstio hic venit excutienda: Ut *Q. IX.* utrum defensio Præsidii sit licita si Princeps, pro quo trum defen-pugnandum, inchoaverit bellum manifestò injustum? si Præsidit aut si de ejus justitia subditus conscientiam dubiam fo- sit licita in veat? Ad quam quæstionem reponimus: quod si ani-mus nobis esset standi à parte personati Stephani Junii *festò in iusto* Brutii, de quod infasti ominis autore liber ante ali- *art de ejus* quot annes publicam vidi lucem, sub titulò: *Vindictus consci-justitiæ sub-* cie contra Tyrannos; aut amplecti Miltonis Angli ar-entiam habet gutias sophisticas, quas vulpes illa callida, procul dubio dubiam. pretiò ac ambitione corrupta, in defensione pro populo Anglicano nobis exhibet, & quibus impius Rebellis, illa scelestissimorum hominum clanca (ut à Salmasio appellatur in Defensione Regia c. 1.) in bonum Regem commissum parricidium excusare conatur; aut denique si nimis exorbitantem doctrinam Majestatis realis, quam Limn: in Capit: Rudolphi II. ad Art: 32. verb: von Räyserl. Majestat n. 48. & seqq. operosè de-fendere ausus est, vid: Henniges ad Lib: 1. c. 3. p. 165. Comment: ad Grot: d. J. B. & P; sequi vellemus; forsitan haud difficile forer, multas invenire elabendi rimas, quibus summō Imperanti omne detrectaretur obsequium. Nam dogmata, quæ in hisce libris pro-ponuntur, ferè hac sunt: Tunc demum Principi paren-dum esse, si imperiò sùd non male uteretur. Summam Majestatem existere penes populum, ita ut Rex male Im-

peratus



perans populo subjiciantur &c: quibus, utrum aliquid pernitosius ex cogitari vel fingi posit vix credo, vid: Grot: d. J. B. & P. L. 1. c. 3. Praeclarè contra Monarchomachos disputantem & Pufend: Lib: VII. c. 6. §. 4. 5. 6. Verum, nî summa velimus miscere iuris, nî omne subordinationis vinculum rumpendum, & fœda omnia rerum confusio inducenda sit, hoc pœnitens dogma, cum ejusdem farina aliis, cane pejus & angue erit vitandum. Ab hisce itaque Monarchomachis divortium faciendô, pro afferendâ summi imperii autoritate, ad propositam quæstionem respondeo: quod, licet subditus contemplative dubitet, aut etiam certò existimet, bellum esse injustum, in Judicio activo possit non dubitare; ob extrinsecum momentum, nempe jussum Superioris, cui obsequendum esse credit, ne in negotiô tanti momenti Obsequium Civium à singulorum suspendatur judicio, quibus facile foret: timiditati aut ignavia conscientiae scrupulum obtendere vid: Pufend: Elem: Jurisp: L. 2. obs. 1. §. 6. & J. N. & G. L. 8. c. 1. §. ult: Quibus merentur adscribi, quæ hanc in rem etiam adducit illustr: Dn: Stryk: saepe dict: Dissert: de Fortal: c. 9. n. 1. & seqq. Definire sc: bac ipsius principis erit, cum penes illum sit summa rerum potestas. Nec enim singulis attribuenda facultas judicandi de aptitudine mediorum, quæ boni publici promovendi causa Princeps adhibere jubet, eò quidem effectu, ut cuique pro judicii sui dictamine ea executi vel intermittere liberum sit. Accedit: quod hic ab ipso requiratur mera defensio, quæ in bello non dubio tantum, sed & manifestè injusto, justa esse potest. Quia hostis, justum quamvis bellum gerens, non tamē jus verum & internum habet, subditos innocentes, & à belli culpa remotos, interficiendis

ciendi, hinc, licet bellum non sit utrinque justum, illa tamen actio defensionis, ex Jure Naturæ fluentis, justa esse potest. Grot: L. 2. c. 26. §. 6. d. J. B. & P.

## §. XVII.

Recte proinde inter causas internas, civitatem Cognitionem dissolventes & opiniones seditiones Hobbesius retulit & Boni & mali hanc: *judicationem boni & mali ad singulos pertinere non pertinet* & peccare subditas, obediendo principibus suis. c. XII. re ad subditos. §. 1. & seqq. de Cive nempe in iis rebus, quæ non manifestè pugnant cum Præcepto divinō, quod enim ultra aras suam doctrinam extendere nolit, innuit c. 18. §. 1. & seqq. ubi expressè ait: *insanum esse, si princeps, jussit facere ea, que puniuntur morte eternâ, non potius mori mortem naturalem*, quam obediendo mori in eternum. Scilicet in omnibus hisce casibus, quantum possibile erit, præcavendum, ne quis directa actione ad finem contra conscientiam concurrat, sed patienter admittat, quæ sine majori reip: malo averti non possunt. Quod si tamen fieri nequit, tunc in talibus casibus distingvendum erit inter Autorem & Actorem, ut ille, si sit summus Princeps, peccet, non hic; Licet enim actio sit contra Leges, non tamen Actoris sed Autoris actio est; Peccatum enim meum est, quod faciens peccatum meum esse puto, quod vero alienum esse puto, possum quandoque sine peccato meo facere vid: art: 2. cap: 12. sive ut Pufend: ait: d. J. N. & G. L. 8. c. 1. §. ult: *Nudam subditus hic suscipit executionem, Summumque Imperantem super iustitiâ Belli DEO rationem reddere permittit.* addantur loca ex Tacito. His: 2. c. 39. H. 1. c. 83. 84. Infinita sequuntur incommoda, si unum datur, Feltm: *De re milit: R. 1. n. 57.* Quam doctrinam

E

Hobbe-

Hobbesius dicto Libr: de cive in Proem: & alibi ingenissimè illustrat per fabulas *Promethei*, perpetuajecoris laceratione puniti, quòd surreptò à sole igne ex luto fecerit hominem ; *Filiarum Pelia Regis Thessalie*, quæ cum *Medea* contra Patrem suum conspirassent. Volentes enim illæ decrepito Seni restituere adolescentiam, consiliò *Medæ* in frusta concisum igni coquendum imponunt, exspectantes, dum revivisceret, & tandem *Ixionis*, qui cum à Jove in convivium adhucitus esset, atque Junonem adamasse atque sollicitasse cœpisset, pro Dea nubem amplexus esset, ex quibus geniti fuissent Centauri, naturæ partim humanæ, partim equinæ, genus pugnax & inquietum, i. e. homines privati, justitiam suæ cognitioni subjecere cupientes, cæterum falsam & inanem ejus speciem, quasi nubem, amplexantes, dogmata illa biformia partim recta, & speciosa, partim bruta & ferina, rixarum omnium & cædum causas genuissent. Quod eum in finem adduco : ut constet : quantum Hobbesio fuerit ingenii acumen, & quanta sanctitate ac dexteritate summam coluerit majestatem. Caveant ergo malevoli illi, quibus solenne est, aspernari hunc autorem, quem vel nunquam satis patienter perlegerunt, vel non satis adsequuti sunt, ne & ipsis dictum sit illud, quod in disput: sub Præsidio Magnif. Dn Pro-Rectoris de Spinozismo ante Spinozam, extat : *Tanta prob. dolor ! multorum est vesania, ut bandrarò sententiam aut laudent, aut defendant, quam ipsi e quidem non satis intelligunt, sed quam tamen magna cunjugis fame viro tribui vident.* Caveant : ne ipsis Pudorem infundat illud elegans judicium, quod Monsieur Courtin in simili causa fert de inquis. Grotis Cen-scribus, (quibus omnia, utcunque più animò scripta, olent:

olent *Lucernam Socinianam*, quemadmodum hoc genus loquendi Osiandro in suis *Observat: ad Grot: frequens est.*) dans l' avertissement sur la traduction : *bis verbis : Enfin il y en a & même de fort savants, qui ont voulu expliquer notre auteur, & le refuter en l' expliquant : Mais, comme ils ne se sont pas donné assez de patience, pour joindre ses principes à ses raisonnements, (il ne m'appartient pas de dire, qu'ils ne les ont pas compris) ils l'ont laissé aussi sain & aussi entier qu'il étoit. Mais il est inutile de le defendre, comme il n'est censuré, que par ce qu'il n'est pas bien entendu, à présent il ne pourra, qu'être estimé de tout le monde.* Hæc ut forsitan nimis favorabiliter sint dicta, cum nec solus Grotius, nec Hobbesius erit, cui non cum reliquis, ad triste mortalitatis privilegium, quod est errare a labi, recurrendum sit, tamen nemo infitias ibit : hanc censuram multum habere veritatis. add : *Consultiss: Dn: Pauli, Prof: Prim: Tract: Theoret: Pract: de Veris Jurisprud: Princip: qu: 10. p: 2.*

## §. XVIII.

Ne autem quis arbitretur, nos in delineandis *Exempla* for-  
litum officiis meras saltem fovere cogitationes cere-  
tium & a-  
brinas; aut effinxisse chimæras, quod nunquam talis nimosferum  
miles extisset, qui hanc fidelitatis & obsequii, à nobis gubernato-  
rum.  
exacti mensuram adimplerisset; mearum erit partium,  
allatis nonnullis exemplis (qui tamen propter tempo-  
ris penuriam & brevitatis studium, saltem remisive  
erunt alleganda) fortium & animosorum gubernato-  
rum, qui per gloriam adhuc apud posteritatem vivunt,  
meæ assertionis veritatem demonstrare, atque liqui-  
dum reddere, dogmata hæc utique ex classe idearum  
saltem in speculatione generatarum esse exigenda.

*Utrum ex-  
emplis se  
judicandis.*

Et quanquam L. 13. C. de Sent: & interloc: omn: jud: vobet exemplis judicare; tamen cum & Jcti officiu m sit, ex exemplis, juncta vera moralitatis consideratio ne, formare aliquod judicium intellectus, exempla insignem habebunt usum, utpote quibus vivitur. Nov: 22. c. 21. Et si in solis exemplis non simpliciter acquiescendum, & hoc sensu tantum exemplis non judican dum; Ceteroquin vero, quorsum quæsto à viris sapientissimis tam assiduè commendatur studium legendi historias, si exempla nihil prosunt. *Hoc præcipue salubre ac frugiferum, inquit Liv: L. 1. H.* omnis te exempli documenta in illustri posita intueri, ut inde tibi tuaq: reip: quod imitere capias, inde fædum inceptu, fædum exitu, quod vites. Cui consentit Machiavellus in Principe: c. 13: & 6. inter potissimas doctrinas assiduam exemplorum Lecturam Principi commendans. Quod exercitium mentis attinet, sunt ejus verba, debet Princeps legere historias, & in iis considerare actiones hominum excellentiss: quò eas imitetur &c: Ut si virtus tua eo usque non pertingat, saltum inde spargat aliquem odorem. Ad exemplorum usum itaque provocantes, in scenam producimus Alphonsum Perezium Guzmanum, de quo Burgg: Cent: 1. Obs: milit: 10. p. 25. Edit: Colon: in 4. refert sequentia: Alphonsus Perez Gutzmannus, post semestrem Tarifa obsidionem, Hostibus minitantibus: Nisi oppidum dederetur, Filium se ilius, quem apud se habebant, interfecturos, Respondit: Se Filium patrie, neque cum immortalem genuisse, quò se orbari, si ita sors ferret, quam præsidio discedere & fidem frangere sibi satius esse, illud enim fieri vel cum gloriâ suâ posse, hoc sine suo dedecore ac scelere non possit, atque ita filium in conspectu suo ab hoste necari

Ipssus

passus est: add: omnino Autor der *Nouvelles aus der  
gelehrten Welt de Anno 1693.* p. 4230. & seqq.: Ubi Be-  
nevolut Lector inveniet exempla, nonnullos Guberna-  
tores Hispanicos in defendendo Præsidio ferè incredi-  
bilem sustinuisse famem, & plane stupendam exhibu-  
isse fidem ac constantiam. vid: etiam Gregor: Leti  
*Histoire de Cromwell.* p. 374. ubi elegans exemplum  
de Bacone Capello, Praefecto urbis Colchester, instan-  
tem filii mortem generosè contemnentem, cum tamen  
in superioribus evicerimus: amorem parentum in li-  
beros esse omnium tenerimum. De Lucio Pinnario,  
Praefecto Præsidii Ennensis vid: Liv: Lib. 24. H. &  
Burgers Cent: I. Obs: milit: 10. p. 24. De Praefecto præ-  
sidii Limpurgenensis vid: Theat: Europ: p. III. p. 158. De  
fortissimo comite de Serini, Praefecto Sigethi Anno  
1555. contra Turcas cum militibus sibi commissis usq;  
ad extreum vitæ halitum pugnante, donec in con-  
flicto omnes internectioni fuere dati & occubuerunt  
vid: Ziegls: Schau-Platz der Zeit. N. 3. die 8. Sept:  
& Labyr. der Zeit p. 680. De nunquam intermoritu-  
ra gloria Praefecto Viennensi Ernesto Rudigero von  
Starenberg/ vid: Barthol: Crassus, Neapol: in Elog:  
Neapolit: 1684. in 4. Erasmi Francisci Adlers: Bltz/  
p. 2. p. 366. Hamburger Kern: Chronic: 1683. p. 75.  
Qui, quantà facundiā ac animositate suos milites ac  
eives ad fidem & constantiam adhortatus sit, videre  
est ex elegantissimā oratione, quam ad eos habuit, u-  
bi tot sunt rerum pondera ferē, quot verba, & quam  
nobis consignatam reliquit Autor des Durchl. Archivs.  
Num: 30. Cujus incomparabilis Herois quanta sint  
merita, etiam inter alia colligere licet ex literis lau-  
datoriis à papā Romano die 25.7bris ad eum scriptis a-

pud Böeth: **im Kriegs-Helm.** P. I. p. 173. Dignissimus est, cui universa Europa pro insignibus rarissimæ & planè egregiæ fortitudinis documentis, immortales persolvat grates, & qui omnibus generosis animis in æmulationem, imitationem & exemplum ob oculos sifstatur. Non exigua quoque fuisse merita Georgii Hermanni de Sveinitz, gubernatoris Freibergæ, à Svecis obsessa, apparet ex Literis Imperatoris Ferdinandi III, ad ipsum exaratis die 8. Martii 1643. In Relat: Histor: Francof: 1643. p. 9. ubi quatuor epistolæ ad huncce fidelem militem missæ.

## §. XIX.

**Exemplorum continuatio,** Singularem quoque meretur observationem exemplum **Præfecti civitatis Wittebergensi,** cuius historiam nobis exhibet Hortleder **von Ursachen des deutschen Krieges.** Cum enim Carolus V. Joannem Fridericum Electorem Saxonæ captivum duceret, ipse Elector ad Præfectum Belli supremum mandatum in scriptis emisit, ut se, suasque copias Corolo V. dederet, civitatemque Wittebergensem obsidione hactenus cinctam ei traderet, tamen is ad mandatum scriptum obsequium denegavit, nullâ aliâ ex ratione, quám, quod Electori captivo jus imperandi haud amplius salvum sit. Deductò tandem Electore ad muros civitatis, ut cum Belli Præfecto conserre posset, statim obsequium ei præstitit; cuius ferè simile mihi relatum de Hassorum duce Belli Geisio, tunc temporis incoinparabile fortalitium Ziegenhain, principe interim captivo, defendantे. Huc ultimò referendum Exemplum **Præfecti Dömitzensis,** in Ducatu Mecklenburgico, qui hoc fortalitium ad jussum Ducis, Christiani Ludovici, tunc apud Gallos commorantis, Dania;

nix Regi tradere licet detrectavit, vid: Pufend: *Histor:*  
*Brandenb: L. 18. §. 127.*

## §. XX.

Occasione igitur duorum exemplorum postre- *Utrum Præ-*  
*morum non possum non hasce mouere quæstiones 2 featus arcem:*  
*Utrum Præfectus loci sufficientem habeat causam ar-*  
*traderet de-*  
*cem tradendi, si v. g. Sigillum Domini videat, aut  
*beat si sigil-**  
*Mandatum Superioris accipiat, qui forsitan alibi de-*  
*lum domini  
*git, aut captivus est. Quas quæstiones negandas esse  
*videt, aut  
*absens***  
*existimo, præter postremam, quæ sub certa distinctio-*  
*ne concedenda. Primam enim quod concernit, non  
*excusabitur is, cui arcis custodia demandata, si arcem  
*illam ei cesserit, qui Sigillum Domini exhibuerit, ex  
*ratiōne; quod Sigillum non sit ordinatum ad ejusmodi  
*actū, nec satis conveniens respectu talis negotii.***  
*Menoch: Lib: 2. de presumpt: pres. 87. n. 18. tale n. sig-*  
*num saltem præbet certitudinem aliquam probabilem:*  
*nec satis veram. Et cum in negotiis privatis ad actus:*  
*alicujus momenti requiratur mandatum specialissi-*  
*mum vid. tt. ff. & C. de procurat: ibique DD. quidni*  
*ad tantum negotium, quod ut plurimum cum omni-*  
*um salute conjunctum est, vid: de hac quæst: latè*  
*Burgg: Cent: 3. Observ: Jurid. pol. Milit. Obs. 16. per tot.*  
*ubi demum concludit: Fatuum esse gubernatorem ar-*  
*cis, si per solam Sigilli exhibitionem aut impressionem si-*  
*bi imponi & ad arcis deditiōnem se induci sineret. Man-*  
*dari m Superioris quod attinet, Gubernatoribus non*  
*improbandum, sed potius laudi habendum esse judico,*  
*aut ad minimum prudentiæ regulas hancce suppedita-*  
*re cautelam: ne quis ad unicum Mandatum arcem*  
*tradat, sed cessionem ejus differat, donec re-*  
*iterationem ejus impetraverit, quô fraudes omnes e-*  
*viterentur.****

vitentur, & de voluntate Domini perspicacius constet. Inmassen der Obriss Lucas verschiedene Rāhserliche Ordnungen abgewartet/ ehe Et Anno 1650. die Vestung Ehrenbreit Stein abgetreten. Burgg: dict: Observat: 16. in fin: Quod tandem Superioris captivitatem spectat: Distinguendum esse reor; Utrum regnum sit in Principis patrimonio, i. e. in quod Princeps habet plenum jus proprietatis, dum peculiari modō primus rerum, quas civitas complectitur, omnino dum dominium acquisivit; an verò sit voluntate populi delatum, quia ad modum plurium Patrum familias quorundam bonorum proprietatem habebat, & sic se ipsum ac bona sua imperio civili subjicit, ita ut cives bona sua originariè haud quidquam tanquam beneficium imperii civilis agnoscant. Priori casu concedo; jussui Superioris captivi obsequendum esse, quia enim Rex sibi reservavit Dominium illibatum, cives sua fere non aliò tenebunt jure, quam quo servi quondam Romæ peculia sua obtinebant; sic ut eorum possessio sit merè precaria & arbitrio Regis, quandocunque visum, revocabilis, vid: Pufcnd: d. J. N. & G. L. 7. c. 5. §. 1. quando itaque suam enixa declarat voluntatem, subditi sese ad istam accommodare debent, licet coacte tale quid jusserit, cum & coacta voluntas sit vera voluntas. Posteriori verò casu eius jussui non esse parentum, ex eo appareat, quod de tali regnō Princeps ne quidem in plenā libertate constitutus quidquam alienare valeat, nisi accidente populi consensu, nedum quod tale jus exerceri posset ab eo, cuius jus, (i. e. facultas administrandi) in actu secundō est impeditum. vid: Grot: L. 3. c. 20. §. 2. & 3, ibique Henniges. & L. 2. c. 6. §. 3. ibique Ziegel:

CAP:

## CAP. II.

## De Violati Obsequii Poenis.

## §. I.

PER ea, quæ huc usque dicta, probatum dedimus, *Leges sine*  
*defensionem Præsidii adeo esse necessariam, ut ipsa sanctione pœ-*  
*Natura eam commendet, quæ jubet pro Patriâ, pro* nali sunt nul-  
*Principe & populô, ad extreum usque spiritum pug-* lius autoris-  
*nare. Dn: Pufend: Diff: de Obligat: adversus Patriam,*  
*inter differt: Acad: select: 1675. 1677. 1678. Sed cum*  
*nemo ignarus sit, quantâ affectuum, & vitiorum col-*  
*luvie Homo turget, quantaque ipsi ad perpetranda*  
*scelerâ insit pravitas; in tantâ animorum malitia, re-*  
*ctique averstione, non sufficit dixisse, aut svasisse:*  
*quid factò opus sit, sed, ni velimus nostra Præcepta in*  
*nuda abire consilia, necesse quoque est, ut accedat*  
*Hobbesii Leviathan, i. e. sanctio pœnalis, quâ ipsis de-*  
*monstretur: quodnam malum contra Legum præ-*  
*scripta peccantibus sit propositum. Horridum enim ac*  
*ferox militis ingenium non tam mollibus gubernatur*  
*Legibus, qualis memoratur Lex Cincia, aut Lex Vale-*  
*ria apud Liv: L. X. c. 9, quæ nullam aliam habebat*  
*clausulam præter hanc: qui securus fecerit improbè fecis-*  
*se videatur. conf: Pufend: d. J. N. & G. E. 1. c. 6. §.*  
*14. Sed Leges nostræ militares transgressoribus mi-*  
*nantur gladium, patibulum, virgas, cruciatus, infami-*  
*am, ignominiam, & nescio quos dolores. Ita, ut quem-*  
*admodum Princeps belligerantes armat gladio belli,*  
*quò strenue utantur in hostes, ita ipse armatus manet*  
*gladio justitiae ad puniendos malos. Merum enim po-*  
*narum omnibus, quos non amor virtutis intra debi-*

ta continet officia, esse terribilem, tam naturale, quam in republica necessarium est. Recte enim ait Arist. 7. Polit. 14. deteriora comparata sunt in usum meliorum, tam in his quæ à natura sunt, quam quæ ab arte. Frustra ergo à quibusdam illud Stoicorum in hunc sensum trahitur: sapientem non esse beatorem, qui omnibus fortunæ & corporis bonis afflueret, eō, qui esset in Taurō Perilis, nec quicquam esse malumpræter vitium, nec bonum præter virtutem, supplicia autem, mortem, labore, aliaque corporis incommoda ad res adiaphoras esse referenda. Nam hoc esset singere sapientem non dabilem, & inani fastu extra periculum speciose philosophari, hominem magis considerare ut angelum, omnis materiz experitem, quam corporeum. quandiu n. animus corpori nostro est inclusus, non potest non sensus mali nos afficer. conf: Henniges ad Grot: d. J. B. & P. L. 2. c. 20. §. 1.

§. II.

*Rigor militaris non pugnat cum iustitia.*

Cum autem omnis pœnarum determinatio, tam quoad qualitatem, quam quantitatem, dependeat à voluntate summi Imperantis, qui pro cuiusque populi atque animorum tractabilitate; duritie aut asperitate istas ferre solet ac debet, ut quemadmodum calceus pedi est accommodans, sic quoque Leges temporis & iūs, quorum gratia fiunt, quadrent ac convenient; ita quoque non est mirum, Leges militares tanta pœnarum atrocitate, quæ transgressores manere debet, esse munitas, & militaria munera tanta exigi severitate, eo usque, ut cum alias togatum apud judicem affectibus, quianimum hominis vehementer percellunt, facilius venia indulgetur, inter militaria judicia id non æquè observetur. vid: illustr: Dn: Stryk: sepe dict: Diff: de Fortal: c. 9. n. 1. & seqq: Si autem quis nimium hunc rigorem quādem injustitiae specie traducere haud verneretur, quia non æquum esset, Scuticadignum vitium, horribili sectore flagello; ille cogitet non orne quod durum est, statim etiam inustum esse. Nam quia in Bellō ob exiguum Negligentiam sepe de summâ rerum est actum, & inter tot hominum:

minum miryades & tantam effectorum multitudinem non pauci sint, qui nequitiam quasi peribiberunt, & ita visceribus immiscuerunt, ut nisi cum ipsis exire non possit, quomodo quæso tot malis aliter subveniri, & tot animorum pravitas aliter compesci potest, nisi terrore suppliciorum. Accedit, quod culpa hic non solò contrahatur delicto, quod in specie punitur, sed & inobedientia & contemptu in superiores. Et frustra de duritate Reus queritur, quippe quam utique præscivit, ubi autem quod futurum sit denunciatum est, culpa patientis est, Dn: Stryk d. l. n. 13. Felicissima illa armorum disciplina, instar calidissimi stomachi quamcunque intemperiem, & morbum concoctum corrigit, vid: Speidel. Spec: Jurid: Polit: Pbilos: Hist: p. 739.

## §. III.

Evincere conatus sum, Rigorem Juris militaris non continere iniquitatem, ut & ex quibus rationibus à Militibus tam exactum requiratur obsequium. Quod, pendens, dum feci, libentur fateor, me magis sequtum fuisse Leges, per congenita rationis Lumen nobis insinuatas, quam positivas. Sed cum ordinis ratio jam proponere iubeat certa delictorum genera, istorumque penas à Legis Latoribus humanis impositas, magis è re erit in subsequentiis inhærente Juri Civili. Quod poena non sint Jure Naturæ specialiter determinata, sed per modo dicta, omnes ex prudentia Legislatoria dependeant. Ex quibus simul constat: quam necessarium sit sociare utriusque juris studium. Nec enim propter ingeniorum diversitatem possumus carere Legibus positivis, (cum metuendum sit, si omnia juxta sanz rationis dictamina forent decidenda, ne multi cerebri sui male purgati deliria, aut incompositam animi cupidinem pro Lege naturali videntent, aut propter animi hebetudinem quævis somnia tanquam reæ rationis dictamina hominibus obtruderent Pufend: L. 2. c. 3. §. 13. in med: d. J. N. & G.) Nec propter negotiorum & circumstantiarum varietatem, & quod natura semper deproperet novas edere formas, Legibus natu-

ralibus. Cum enim omnes Leges civiles ad bonitatem moralem, ceu Lydium quendam lapidem severissime probari debeant, necesse est, ut in vastissimo Juris oceano ubique hallucinetur, qui tam fideli manuductione destitutus est, & saltet intra jejunam Legum Romanarum recitationem subsistat, ita, ut cum eod extra digesta & Codicem finium regundorum sit agendum. Quale genus hominum Henniges ad proleg: Grot: p. 35: vocat viperium, non nisi foendis litibus in rep: natum, communi calamitate pingue, & ad Garamandas & Indos relegandum; conf: Joh: Ludovici: Praefchius de Jcto vero & Personato §. 18. Hobbes praefat: de Cive Joh: Schiltor: manud: philos: mor: ad Jurisp: c. 1. §. 10. Struv: Praefat: ad vind: privet: ubi studium Juris naturalis valde commendat, sed simul monet, ne plane deseratur Jus Romanum, aut sibi quisque aliquod Jus Natura singat: add: Culpis: Colleg: Grot: ad proleg: §. 1. & 2. & Mevius, in prefat: Nuclei Juris Natur: insp: 2. n. 22. & seqq; & Boegl: in Prefat: Comment: ad Grot: p. 39. Ubi ait: quod ab hoc Jure velu à truncu cetera multiformia superinducta, velut furculi per insinuacionem accedentes sustentantur & alantur. Ut igitur ostendani me utriusque Juris habere rationem, in antecedentibus ex Principiis Jurisprudentiae universalis argumentatus sum, in subsequentibus magis occurrit Jurisprudentiae particularis fancita.

## §. IV.

*Degens De-*

*dictionis.* Initium tractationis criminum particularium fiat à Munitiū deditione, in quā discriminē statuendum erit inter deditiōnē dolosam & culposam. Si deditio fuit facta dolosè, est crimen Læsa Majestatis, sive Perduellionis, per L. 3. & 10. ff. ad L. Jul: Maj: poena itaque hujus erit animæ amisio, i. e. gladius, LL. XII. Eān a posse fuisse exasperatam, ex alleg: 3. patet, ubi ietus Marciānus ita ait: Leg. XII. tab: jubet, eum, qui hostem concitra verit. [i. e. ut Gothofr: explicat, factionem cum hoste iniverit] quinque cīvem (carcēm) hosti tradiderit, capito puniri. ubi Gothoff: ex Jeti Pauli Lib: Sentent: Lib. 29. §. 1. refert,

refert, quod modo aqua & igni fuerint interdicti, modo bestiis objecti, modo vivi exusti &c: ) Lex. a. Julia Maj: Præcipit eum, qui Majestatem publicam lacerit, teneri, qualis est ille, qui in bellis cesserit, aut arcem tenuerit, aut castra concederit, add: l. 6. §. 4. l. 7. ff. de remilit: Quod crimen quia est omnium atrocissimum, ita quoque non est dubium, quin pœnæ, iis statutæ locum habeant, scilicet secessio corporis, & confiscatio omnium bonorum, infamia, tam quoad reum, quam ejus liberos, quod non sit lugendus, l. 35. ff. d. religg: & sunt fun: quod cadaver ejus inhumatum relinquendum l. 1. C. de cadav: punitor: quod insignia gentilitia è fastis sint eradenda Tacit: Annal: Lib: 3. &c: quod memoria ejus damnanda §. 3. inf: d. publicis jud. quæ pœna quoque per A. B. tit: 24. approbata ib: daß der Todte und sein Nahme verdammet sey/ mit seinem Gedächtniß. add: Conf: Crim: Carol: V. art: 118. & 224. Carpz. in Pract: crim: 9. 41. 2. 9. Ubi tamen notandum, quod hæc pœnarum atrocitas aliter locum non habeat, nisi plane detestandæ & ferè inauditæ malitiatis quis liquido fuerit convictus, cum in hoc crimine puniendo valde sit evitandus abusus, quia neminem latere potest, nisi plane sit hospes in historiis, hujus criminis prætextum semper obtentui fuisse sumptum ab adulatoribus opprimendis aliis, etiam innocentissimis, honestissimis & omnium optimis, ut etiam Tacitus dicat: hoc crimen omnium accusationum fuisse complementum, sive ut... Lipsius ex Plinio annotat: unicunq; crimen eorum, qui crimine vacassent Tacit: Annal: L. 3. 6. 38. Ceterum dolosæ prodictioni æquiparatur: Si quis Hosti nunciat, quæ, & quales sint munitiones domini, i. e. Si Hosti referat: deficere vitæ subsidia, Milites plerosque vel peste, vel aliò morbo vexari, aut alia facit, quibus hostis ad faciliorē munitionis occupationem invitatur illustr: Dn: Stryk: de Fortal: c. 9. n. 19. & illustr: Dn: de in Jena Tractatu de ratione studiis circa revelationem Arcanorum, hic novissimè denuo resuso & sub Disp: incudem revocato. Præsid: Dn. Jacobo Brunnemann: Prof: Publ: Extraord: conclus: Ille Digest: V.

De dedisio-  
ne culposa.

Sin verō sine dolō, ex ignaviā, vel intempestivō metu, arx fuerit tradita, non quidem committitur crimen perduellionis. Anth: Matth: ad tit: de pabl. iud: c. 2. n. 15. & Brunnem: ad L. 1. ff. ad L. Jul: Maj: n. 10. interea tamen non effugint poenam Art: 40. Brandenb. Kriegs- & Art: 73. Schwed: KriegsR: ib: die Gubernatoren und Befehlshaber derselben sollen am Leben / Ehr und Gut gestraffet werden/ die gemeinen Soldaten aber/ ohne Fahnen/ außer dem Lager dienen/ und dasselbig: reinigen/ bis daß Sie ihre Verbrechung mit Männlichen Thaten/ oder sonderlich nützlich Diensten ergänzt. Ubi notandum (1) quod quamvis alias poena mortis non debeat imponi, nisi dolus fuerit commissus, qui quasi est anima delictorum; L. 1. §. 2. l. 14. ff. ad L. corn: de sicar: tamen hæc regula non saltem iure civili, sed etiam nostrō jure militari patitur exceptionem, si res sit malī exempli; propter exemplum enim justissimum est, culpam illam quoque gravissimē coerceri, ne cæteris idem facientibus victoria, semper ad hostes transferatur. Feltm: Resp. ad rem milii: Rx. 3. n. 36. Quemadmodum in l. 38. §. 5. de penitie traditur de eō, qui poculum amatorium alicui propinavit, quod licet sit extra dolum, dum non habet propositum aliquem interficiendi, sed hoc philtro seu Pharmacō a morem puellæ vel mulieris sibi conciliandi; tamen propter malum exemplum, quod dolus saltem *implicius* fuit, commissus, quia fecit rem illicitam, possit poenæ Legis Corneliz subjici. Notamus (2) Quod quamvis alias Leges Romanæ diligenter soleant distinguere, inter personas, quæ sunt alicujus dignitatis, & quæ sunt humilioris fortis, ita, ut prioribus durior, posterioribus autem mitior poena sit imponenda. vid. Ord. Crimin. art. n. 7. ibique DD. add: Gr. d. 1. B. & P. c. 20. §. 3. & Exemplum quoque hujus occurrat in L. 1. §. 5. ff. ad L. Corn: de Sicar: ubi Divus Pius circa eum, qui uxorem in adulterio depressam occidit, distinguere jubet: utrum sit humiliore loco positus, & in exilium perpetuum dandum esse, utrum

trum vero in aliquâ dignitate constitutus, & ad tempus re-legandum (quam Legem utrum Grotius recte vitiis ~~adversariis~~ incusat, de eô iam nolo litem facere meam) tamen hic plane contrarius personarum instituatur respetus. Et cum milites gregarii ad peccatum leviorum condemnantur, Praefecto delictum capite sit luendum & amissione honorum. Quod non sua destituitur ratione, nam cum præter communem causam, quæ eum à negligentia detergere debuisset etiam singularis Praefecti fides sit electa, ipseque acriori intellectu prædictus sit, ad perspicendas rationes, quæ ditionem suadere videanur, sine dubio ejus improbitas, tanquam apparentior, etiam magis erit punienda, quam militis gregarii, haud secus, quam, quemadmodum peccatum à sacerdote commissum, qui suo exemplo ad Sanctimoniam alii præxire debuisset, gravius censetur eô, quod ab aliò patratum. Hinc Tacit: de Capitone eleganter: ait; L. 3. Annal: Capito insignior infamia fuit, quod humani druinique juris sciens, egregium publicum, & bonas domi artes dehonestavisset.

## §. VI.

Post dolosam aut culposam ditionem sequitur *Martirio Deserio*, qua non minus turpiter promissum violatur obsequium. Duplici modo autem quis desertorem agit: *De Martiis sa Desertorum*. vel non pugnando, vel plane *a fugiendo*. Utrumque supplicio dignum. Si Calvinio fidem attribuimus, germanicum vocabulum *Soldati* non tam à Soldo, quam à *soldatis*, sive *solidariis*, qui lingua gallica devoti dicebantur, originem suam trahit, ut hinc præceteris à desertionis crimine abhorrente deberet, quia horum Soliduriorum conditio erat: Si quicquam uni accidat, reliqui quoque aut eundem casum unaferant, aut sibi mortem consciscant. vid: Calvin: in Lex verb: *Solidarius*, & Julium Cæsarem de bello gallico. Horum Soliduriorum emulos fuisse Germanos antiquos Autor est Tacitus L. 13. c. 35. n. 7. ibi. germanis infame fuit, ac in omnem vitam probosum, superstitem Principi suo ex acie recessisse &c. 14. n. 2. & scutum reliquissime præcipuum flagitium c. 6. n. 9. Hinc apud omnes gentes hoc crimen atroci supplicio dignum fuit.

48

(o) 25

fuit judicatum. Germani proditores & transfugas suscep-  
derunt arboribus, ignavos & imbellis, coenam ac palude,  
injecta insuper crate merserunt eis; loc: Jure Romano adeo  
sunt exosi, ut omnis homo in eos sit miles, atque jus in-  
terficiendi habeat si restiterint. L. 2. C. quando licet: unicuique  
sine indice se defendere. Cujus ratiō h̄ec etiam potest esse, quod  
desertor per l. 1. s. ad L. Jul. Maj: committat crimen lex  
maj; iam autem Majestatis Rei hostes se civitatis profi-  
tentur, adeoque jure belli coercentur Brunnem: ad dictum: L. 2.  
conf. 11. C. de Desert. & occult. & Dn: Hammer Disp: de mili-  
te Desertore. item Dn: Schöpffer de eod: argum: Burgers ob-  
milit: 23. Cent: 1. Feltm: Resp. milit: 4. & 5. D. Schwarzh De-  
cis: milit: von Aufreissen in Corp: Jur: p. 311. seqq: Qui pugna-  
re olim desiderat, ignominia causā vena illi secabatur, ut  
sanguinem, quem cum gloria fundere pro patriā noluerat,  
cum ignominia amitteret. notante Ziegl: ad Grot L. 3. c. 3:  
§. 14. n. 2. ex Mureti Libro Variar. Alibi segniter pugnant-  
es, amputatione Pollicis truncati sunt, ut hinc vocabulum  
gallicum, Poltron originem suam habere, testetur Meillet,  
dans les discours sur le Tacite; ubi post varia genera pœnarum  
militarium, quæ recenset, addit: Les autres faisoient couper le  
poulce aux lâches, ou ils dérivent ce mot de Poltron, quasi Polli-  
ce iranum.

## §. VII.

**Examen non-** In investigandis pœnis militaribus Tit: ff. de Re milita-  
nullarum Le: rīnon est prætereundus, ut consuet: quales Quirites in coer-  
gum Tit: ff. cendis desertoribus fecerint Sanctiones pœnales. L. 3. §. 4:  
de Re milit: ff. d. t. Eum qui in Explomatione emaneat hostibus insulen-  
tibus, aut à fossato recedit, capite plectere jubet: s. 5: s. 5:  
eum, qui stationis munus reliquit, saltem, pro modo deli-  
cti aut castigare, aut gradu militiz dejicere jubet. §. 10. Eum  
qui ad hostem confugit, & rediit, torqueri, & ad bestias vel  
in furcam damnari jubet. §. 11. Eum, qui saltem voluntaria-  
tem transfugiendi habet, sed adprehensus fuit, ad pœnam  
capitalem damnat. Circa quas Leges h̄ec posses movere  
dubia: quā fieret, quod Jura Romana eum qui stationem  
deseruit, saltem castigatione aut remonitione a militia puni-  
ant.

ant, eum autem qui ab hoste reversus, damnationi, aut bestias (quanquam hæc pœna per Nor: Leonis 67. sit abrogata,) vel in furcam destinent. Cum enim ab accuratâ Excubiarum diligentia totius Exercitus, aut munimenti salus dependeat, adeoque stationem deserens ad minimum, si non atrocius, tamecumque peccet, atque explorator emanens, qui plerumque non solus, sed cum aliquâ multitudine, quæ suo officio non deerit, solet emitte; non appareat sufficiens ratio, quare huic durior pœna præ illo sit imponenda. Ut &c, quare tam horrendæ pœnæ subjiciendus sit, qui reversus pœnitentis animi signa præbuit. Tandem, qui fiat, quod saltem voluntatem fugiendi habens, capitali pœna plecti debeat, cum hic sit casus respetu § 5. ubi delicta inchoata durius puniuntur, quam consummata, contra principia moralia, ubi vitiositatem aetius dijudicamus ex effectu, qui hic non adeo damnosus est, sicut in alleg: §. 5. Quorum textuum decisio non ex Lege illâ sub Rationes De- ficiariâ: Non omnium Legum rationem reddi posse L. 20. ff. de LL. cedendi. Sed ex simplici verborum interpretatione erit desumenda. Ut sc: juxta d. 1. 3. §. 2. & 3, distinguamus inter emansorem & desertorem, illumque mitiori pœnæ, quam hunc subjiciendum statuamus. Ita tamen, ut juxta §. 4. & 5, ibid: gravius animad- vertendum in illum, qui hostibus inservientibus ad explorandum missus emanet, aut à fossato recedit, & ita emansor est, quam in alium simplicem emansorem. Qui vero stationis munus tan- tum reliquit, (hoc est, qui certis locis ad urbes aut vias per provincias protegendas, ut Magistratibus præstè sit, ad te- nendam popularem quietem & ad referendum quid ubi- que agatur destinatus.) & sine imperata venia per aliquot tempus emansit, gravius, quam communis emansor punitur, ut etiam ille, qui ab excubatione (Præsidis vel Præfecti) desistens emansit, hunc enim pro desertore habendum ac puniendum esse §. 6. ibid: statuitur. &c; Denique distinguendum juxta §. 7. utrum quis ab expeditione jam suscepit emanserit, an vero ad diem commeatus, non statim venerit. Hic enim pro numero temporis cum excusatione audiendus,

G

&amp;

& fortè venia dignus. In desertione quoque respiciendum, an plures simul deleruerint, item, an ad citationem factam intra præfixum certum tempus reversi sint. Tunc enim gradu pulsi in diversa loca distribuendi sunt, hoc est, daß wenn sie etwan Officier gewesen von der Schildwache an unterschiedliche Orte zu condamnen. Si vero Tyrone fuerint, h. e. neu gewor bene gemeine Soldaten qui ira in deserendō alios lequuti sint, iis parendum, nisi iteratō hoc admiserint. §. 7. ibid. Si vero Deserter ad hostes confugit, licet redierit, torquebitur & infurcam damnabitur, quam maximè ex eō, quod de pœnitentiā ante adductū judici non constet, nec illa sola admittigandam pœnam sufficiat, vid: Grot: d. J.B. & P. L 2. c. 20. §. 11. v. urgent: Ima juxta §. 11. Licet transfuga antequam ad hostes venerit, adprehensus sit, capite puniendus, cum tota salus exercitus & reip: sapient per tales transfugas periclitetur, pluresque alia in omni judicio militari necessaria observationes in dict: L. continentur, quæ in severā quoque militari disciplina Romanorum accuratam moralitatis considerationem abundē demonstrant.

## §. VIII.

In L. 4. pr: Proponitur quæstio: utrum ad militiam Quid de uno habilis fit, qui unō testiculō natus, quive eum amisit. Hanc testiculō Na- valde fuisse agitatam, ex eō liquet, quod Divus Trajanus peculiari rescripto eam solvere imploratus fuerit? dum sit.

Qui pro ratione decidendi commemorat, Duces Syl lam & Cottam, eō fuisse habitu naturæ. Misellum autem unitestem Romanis Jureconsultis haud leves movisse scrupulos, hinc liquet, quod tam facile habilitatis controversia ipsi fuerit mota. Sic enim reperio in L. 6. §. 2. ff. de Adilit: Edict: quæstum fuisse: utrum inter morbosos aut sanos sit referendus? in l. 39. §. 1. ff. de Jure Dotium: utrum possit do tem accipere, & actionem dotis instituere? cum tamen in diét: L. §. 2. Dictum fuisse: eum generare posse, in L. 5. C. quicquidam: facere posse: utrum Eunuchus testari possit? in L. 6. ff. utrum possit posthumum heredem instituere. in L. 2. ff. de Adopt:

*Adopt:* utrum possit adoptare; & licet hi textus loquantur de spadonibus, tamen, cum spadonum appellatio generalis sit, Thlibias & Thlasias, & omne aliud genus, cui circa genitalia membra aliquid deficit, sub se complettens L. 128. ff. d. V. S. idem forte dicendum erit. Hodie sine omni dubio omnes hæ quæstiones, si cui proponerentur, Domitiani merentur responsum: Non quasi temporibus Romanorum idem fuisset dicendum; sed quod nostrâ ætate in militibus eligendis non amplius tam accuratus instituatur selectus, quam illò tempore, ubi ad militiam plane peculiarem exigebant animositudinem & corporis roborem, quæ ut plurimum in castris sive corporis defectu laborantibus deficiunt: hinc vereor, ne putidum sit, ea, omnia, quæ in it: ff. de re milit: sunt disposita, ad nostram applicare militiam, quod si quis faceret, & que insulsæ aëturus sit, atque illi, qui ea, quæ Jura Romana de Præfectis, Præsidibus &c. tradunt, ad nostros Germaniæ Principes extendere haud erubescunt, quem crassum interpretationis nævum ostendit: Dn. Hopp: Comment: Inst: §. 4. d. Inst. & Jure. Hinc quoque ab omnibus Principibus armipotentibus specialia Jura militaria ad statum ipsorum composita constituta videmus, secundum quorum rigorem, & Curie Bellice stylum, non autem simpliciter secundum constitutio-nes imperiales causas militares decidi debere non sine ratio-ne. Francisc. Mendoza, Arragoniæ Admiralis afferuit. Jean des Serras dans la vie de Henri VI. pag. 678. Quamvis interpre-tatio statutorum talium, merito juxta dictum & argumento LL. Romanarum à prudenti judice instituenda sit,

## §. IX.

Tertium Delictum, quo violatur obsequium, est Mu- De Muro-  
rorum seu Vallorum Transcen-sio. De quâ, quid Jure Romane seu Vallorum  
sanctum sit, notum est ex §. 10. Iust: & L. fin: ff. de R. D. ubi Transcen-  
poena capitii in eum statuta, qui muros urbis Romane via-  
sione, laverit, vel scalis admotis vallum transcenderit. Si quis  
autem alterius civitatis muros transcenderit, non capitali

pœnâ afficiendum esse, sed extraordinariâ evincitur ex L. 2.  
 & 3. ff. ne quid in loc. sacr. fiat. Ubi simpliciter prohibetur:  
 ne quid in muris, vel portis civitatis committatur, unde  
 damnum aut incommodum aliquod civitati irrogetur, nulla  
 tamen pena certa ibi exprimitur. At vero, quoties Leges  
 aliquid sub pœna interdicunt, nec tamen cerram pœnam ex-  
 primunt, tunc ea committitur Judicis arbitrio. L. 1. §. 1. ff. de  
 effract: & expilat: L. 13. ff. d. pœn: arg: l. 3. Gloss. in L. 3. C. de SS.  
 Eccles: Bronch. Cent: 1. Mist: Controv: Assert: 6. conf: etiam B:  
 D: Lynch: disput. peculiari De Mænibus Juribus Munitis. Mori-  
 tibus hodiernis distingui solet? An animô hostili, sive pro-  
 ditorio aliquis transcenderit Muros, an vero non? Priori  
 casu adhuc hodie pœna est capitalis, posteriori vero arbi-  
 traria pro majori eminentiâ & securitate loci, consideratō  
 simul pacis, & belli tempore. Illustr. Dr. Stryk. us: mod: ff.  
 b. 1. §. 6. P. Pappus in not: über das Holländische Kriegess-  
 Recht. tir: 46. Et J. F. H. Jur: Pract: Inst: Imp: Prax: mod: &c:  
**L. 2. N. 2. p. 162.** Quod discrimen libenter admitto quoad  
 civem; verum quoad militem alia ratio est. Qui capite  
 paniendus esset; sive moenia Urbis Romanæ, sive cuiusque  
 civitatis municipalis, quæ simul munitionis Nomen habet,  
 transgressus fuerit, idque sive animô hostili, sive ex petu-  
 lantia fecerit, propter L. 3. §. 16. & 17. ff. de re milit: ibi; Nec  
 non et si vallum quis transcendit, aut per murum castra ingrediatur,  
 capite punitur, concordat. Art. 29. Articulæ Briefe Räyser  
 Leopoldi, ubi generaliter hoc pariter sub pœnâ capitis pro-  
 hibitum: ibi: Niemand/ wer er wolle/ soll zu oder ans den  
 Retrenchementen und Festungen/ anders wo aus- und einge-  
 hen/ als durch die gewöhnliche Pforte und Orte/ bey Leibes-  
 und Lebens- Straße; quibus ordonantiis, ad literam us-  
 que inhærendum, ita, ut si quis eas transgressus, levissimæ  
 culpx nomine teneatur arg: l. 30. ff. mand. Feltm. Resp. Milit.  
 n. 22. & segg,

## §. X.

Ultimo in violati obsequii censum ponimus **Excubia-**  
**rum intermissionem & intempestivam de deditione collocutionem.** De **Excubia-**  
**rum inter-**  
**Quod dormientes Excubiteores attinet, pena capitis in eos** missione &  
**sancita est Art: 39. Der Fuß-Knechte. Stellung zu Speyer,** intempestiva  
**1570. da einer auf der Schildwache schlaffend gefunden wird,** collocutione.  
**der soll an Leib und Leben gestrafft werden.** **Schwedisches**  
**Kriegs-R: Art: 56. verb: Schläffet einer auf der Schildwacht/**  
**es sey im Lager/ Feld oder Vestungen/ der soll archibusiret wer-**  
**den: quod à P. Pappo, in Corp: Jur: milit: ad Art: 27. Holländi-**  
**sch Kriegs-R: duplisci modo limitatur: (1) si miles morbo**  
**infectus, vel (2) ultra destinatum tempus, (qui tres ad ma-**  
**ximum horas excedere non debet) in excubiis sublistere co-**  
**geretur. add: Disp: illustr: Dn: Strykii. de Forial: c. 9. num. 33.**  
**Vol: 1. Disp: 24. Fritsch: de Excubia von Wacht-Recht/ & D.**  
**Simon Disp: de Excubis togatis & sagatis. Si autem ab Excu-**  
**batione planè desistant, peccatum desertionis subeunt L. 3.**  
**§. 6. ff. de Remilit: sunt enim desertores non locorum sed munierum,**  
**L. 5. §. pr: ff. cod: l. 10. ff. cod: adeoque pariter pœnâ capitûs**  
**hoc delictum laent, quod utique intelligendum: si in bello**  
**tale quid admissam. L. 5. §. 1. Jure naturali, & civili, raro,**  
**aut non ita graviter solet puniri. aetius vitiositas, nisi vitiosum**  
**quoque produxerit effectum & damnum revera fuerit se-**  
**quutum. Sed Jure militari etiam Lubricum Lingua & nudi**  
**sermones de deditione ad pœnam trahendi Holländisch**  
**Kriegs-Recht art: 54. In einem belagerten Orte soll keiner**  
**von einigem Accord mit dem Feinde zusussen / oder davon zu**  
**reden sich unterstehen &c. bey Straffe des Todes ohn einig**  
**Enade. consentit Königl. Schwedisches Kriegs-Recht**  
**Art: 77. ibi: mit dem Feinde Sprache hält. Hinc discat mi-**  
**lies, capistrum Lingua injicere, quia hi intempestivi sermones**  
**ad seditionem spectare censemur, seu ejusmodi turbulentis**  
**acclamationibus castellum periclitari potest, vid. Pappus ad**  
**Art: 39. Holländisch Kriegs-Recht. in Corp: Jur: Milit: p. 205.**  
**Edit: 1687. in 4.**

*Exempla  
ignavorum  
& timido-  
rum militum*

Supra allegavimus exempla aliqua fortium & animo-  
rum Gubernatorum & militum, sed quoniam in omni vir-  
genere numerus malorum major est, quam proborum, i a in  
proclivi fore longe maiorem feriem enumerare istorum, qui  
vel per prodictionem, vel ignaviam & formidinem arcem sibi  
conceditatem dediderunt, atque ideo vel capite truncari, vel  
bannisati & ad perpetuos carcera condemnati vel infami no-  
tati ; si temporis brevitas tale quid admitteret. Carthagin-  
enses Praefatum Präsidii *Mamertinorum*, quod formidine  
atque ignavia arcem amissi, *Cruci affixerunt* Polyb. L.1. vid.  
Pappus Holl: *Kriegs-Recht ad Artic: 53. in Corp: Jur: Milit: p. 236.*  
& autor der *Nouvelles aus der gelehrten Welt*. p. 1693. S. 1833;  
Ziegli: *Labyr. der Zeit N. 153. 298.* ibique exemplum ja tabu-  
di Gubernatoris Hispanici civitatis Hungariae *Strigoni Germanice* Gran/fortitudinem magis in lingua, quam in pectora  
gerentis, ideoque puniti. De comite de Hardeck Guberna-  
tore Arrabonis Germanice Raab vid: Boeth: *Staats- und*  
*Kriegs-Minister Glück und Unglücks-Fälle. N 14.* pag. 126.  
seqq: de Gubernatore urbis Canisia [Canischa] ob traditam  
Turcis Munitionem 1600 Viennæ decollato vid: Relat: Hist:  
Fr: 1694. p. 15. & Boeth: N. 15 p. 156. seqq: Parem pœnam passus  
est Praefatus civitatis Eichstadii (Eichstadt) in Relat: Hist:  
Lipf: 1633. Ingolstadii 1635 decollatus autor der *Nouvelles aus*  
*der gelehrten Welt.* 1692. p. 774. De Svecano Capitaneo ob  
deditioinem Castelli Gartia ad Viadrum siti, ut & aliò Praefato  
Munitionis (Raleberg) quibus utrisque Stetini ob intempet-  
tivam deditioinem capita sunt amputata. vid: Relat. Hist: Fr:  
1637. p. 24. & 78. Ob malam defensionem in primis in nuperimo  
bellò cum Gallis innoverunt, sed malò omine, Praefatus  
civitatis Heidelbergensis, Georgius Eberhardus de  
Heidersdorff. de quò autor der *Nouvelles* 1693. p. 1870. & seqq:  
Jäger in dem *Europäischen Historico.* Ziegli: *Hist: Labyr.*  
der Zeit N. 153. p. 299. seqq. & Gubernator civitatis Dixmudæ  
Ellenberger/ Relat: Hist: Fr: 1606. p. 94. plura non attinet dicere,  
cum

tum non eādem fiducia, atque applausu liceat allegare exempla flagitiosorum, quām cordatorum & strenuorum, quiue adhuc propter egregia merita apud Posteros immortalem laudem & memoriam honorificentissimam consecuti sunt Cum homines sint veritatis impatiētes, & vitiorum Narratoribus facile soleant irasci. Hinc merito loquendi & scribendi facultas temperatur. *Quin memoriam quoque ipsam cum voce perderemus, si tam facile in nostrā porfestate effet oblivisci, quām tāsere,* ut hoc caput finiam cum verbis Tacit: *in vit. Agric; c. 2.* intra innoxios ergo subſiſto limites, ab omni faciō singulari animuta abducens, Mathematici instar, qui figurās quidem confiderat, sed ab omnibus corporibus ſemotas.

## CAP. III.

*De*

### Militum Excusationibus potissimum circa deditioñem.

§. I.

**Q**uanquam non sine ratione per ea, quā in præcedentibns *Etiā jure* dicta, huc aptari possit illud, quod Pet: Pappus *ad Batav. militari* Jur: *Milit. ad: Arr; 28.* adducit: *in Bellō non multum disputari, sed quandoque simpliciter valere illud:* Knüpffer auf; tamen non eō usque hic *equitas præ* ce rigor se extendat, ut eam ob causam Reus ab omnibus ex ferenda fr̄ta ceptionibus sit excludendus. Nam & Judex Militaris si *etō* juri, bi diſtum putet iſtud Imperatorum monitum in L. s. C. de *Jud: Placuit in omnibus rebus precipuam esse iustitie, equitatissime,* quām ſtricti Juris rationem. conf: Mev: P. 7. Decis: 314. Cothman 3. Resp: 12. Hinc, non tanquam Bellua, ſenſu faltem, & cupiditate duci, ac verba captare, ſed quāmente etiam quid dictum ſit, attendere debet, L. 19. ff. *ad Exhib:* cum & hunc deceat agere Bonum virum, h. e. habita ratione temporis, zetatis, &c: judicare. *Perspicientum eſt* judicanti, inquit Marianus in L. II. pr. ff. de pénis, ne quid aut durius aut remittens con-

*gittatur*

*fitur, quād cāusa deposita, nec aut severitatis aut clementie gloria affectanda.* Et quantum optandum esset, ut omnibus, quibus de Militum criminibus judicandi potestas competit, ob oculos versaretur pia illa admonitio, quam B. Dn. Bruanem; ad L. 3. §. 10. ff. de Re Militari ex christianō Zelo suppeditat; nam, postquam non omnem vociferationem militum, aut levem querlam, pro Crimine Læse Majestatis habendam esse docuit; ita concludit: *contra hanc legem se pro peccatum in Bellis, propter unam voce compatis, pecunia &c; abrepti nonnumquam ad supplicium milites, cum tamen & milites gregarii homines sint à Christo redempti, quorum sanguinem innocentem vindicat Deus, si homines non vindicent, quād sententiam illustrat exemplo Tribuni, à damnato Milite ad judicium divinum citati, qui statō die, cum transiret equō pontem ex navibus constructum, dissolutō ponte misere in flumine perit.* Retro itaque legenda aliqua ex parte vestigia, ac ostendendum: quibus Casibus Pēna, istarumque Executio cessent, ita, ut, si non necessarium, tamen sanctius, ac honestius sit, majorique cum laude apud Bonos conjunctum, Rigorem Juris militaris aut planè temperare, aut penitus, quod à recti regula, & aliarum virtutum Præceptō aliquō exorbitet, istius executionem omittere. Memores istius Senecæ: *in mancipio (militi) non, quantum illud impune pati possit, sed quantum tibi permitat æquibonique natura, qua interdum parcer jubet, considerandum est.*

## §. II.

*Extrema Necessitas Pō-  
ssimam fa-  
cit Excusa-  
tionum spe-  
ciem.*

Primaria autem & potissima Excusationis causa, ad quām multi casus specialiores possunt reduci, est *Extrema Necessitas.* Hæc tam ingens telum est, ut non modo jus civile, sed & jus divinum vincat, indeque ejus causa, dispositioni generali haud inclusa, semper excepta esse censeatur. Mev: P. 9. D. 144. n. 2. *Quod adeo verum, ut etiam Leges Dei, quas Gens Judaica alias sanctissimè colere iussa erat, summae necessitatis casum non responderent, prout istius rei Exempla extant Maith: 12. n. 4. & i. Sam: 23. n. 6.* Omnes enim Leges ferri solent, ac debent, cum sensu imbecillitatis humanæ, seu

seu ad humanum modum, non autem onus injungere, quod à ratione & naturâ planè abhorret, seu, ut Grotius loquitur; plurima præcepta quæcunque demum sunt, in dubio non consistere in *puncto*, sed suam quandam habere latitudinem, i. e. in eum sensum trahenda esse, quatenus fieri possunt. Hoc magnum imbecillitatis humanæ patrociniū, omnem legem frangens etiam Militi nostro subsidiō venire, patet inter alia etiam ex Art: 57 tit: XII. Schwedis. Kriegs-Recht: ibi Wenn eine Festung dem Feinde außer hoher Noth aufgegeben würde/ so soll &c; ubi D. Schwartz in Not: in Corp' J. Milit: p. 187. Cæterum de hōc Privilegiō Necessitatis vid: Fritschii Telum Necessitatis, seu de Praesidio Necessitatis contra Legem inter opuscula varia Norib: in fol:

## § III.

Ne autem hic videamur contrariari iis, quæ in cap: *Quomodo præced;* à nobis dicta sunt, sciendum est; Nos hic excludere Casum, quō per expressum Superioris Mandatum, extrema defensio, non obstante ullā necessitate, militibus est imposita, tunc enim deditio semper mala manet, & nullus necessitatis pretextus audiendus, cum Princeps ante intentatum periculum, expressis verbis contestatus fuerit; Se nolle audire ullam Necessitatis Exceptionem; superioris jussu itaque standum. Deinceps notandum; Nos hic excludere necessitatem *culposam, causativam, seu attraktivam,* item hypothericam, (& plane absolutam requirere necessitatem, ut à DD: vocatur,) quæ etiam nullum meretur privilegium, nec excusat. L. 7. §. 1. qui satiad: cog: 1. 3. §. 6. ff. ad Sæt: Syllan: neque enim causa affectata affectanti prod: est Mev; P. 2. D. 270, n. 5. & P. 4. D. 44. n. 5. Porius valeat hoc illud Tertull: in exhort: ad cast: Nulla Necessitas excusat, que potest esse non necessitas. v. g. si circa procuranda vita subsidia quid neglexerit, ut deinceps fame laboret. Sivero nihil horum ipsi imputari potest, tunc audiendi sunt milites, si illas possint allegare conditiones, quas illustris Dn: Strykius in sœpe dicta Disp: de Fortal: c. 8. n. 10. velut in compendio exhibet, ubi decem numero recensentur quō

B. L. brevitatis amore remitto, ubi tamen in fine sapienter monet: *harum conditionum unam Generosum & industrium Gubernatorem non debere adducere ad deditonem faciendam, sed ut singula vel plures concurrant requiri.* conf: Burger: *Cent: i. Obs: 10. p. 25. seq; & obs: 1317. & Cent: 4. Obs: 76. Feltm; Resp: milit: 1. 2. & 3.* Potissima excusatio est: Si nulla culpa Militi imputari potest, est enim tunc alienum à justitia, quem sine culpa puniri. Nec enim ulterius progrederiatur poena, quām reperiatur delictum, & ibi nulla poena esse debet, ubi nulla noxia est *L. 22. C. de Paen. concordat L. 12. ff. de custod: ex exhibit: reor: ibi; ita demum milites suppicio afficiendos, qui custodias amiserunt, si culpa eorum nimis deprehendatur aliquin proximō culpe in eos statuendum.* Et *L. fin: §. 3. ff. d. tit: ibi: Ergo, si casu custodia perdita dicatur, restationibus id probandum est, & sic venia dabitur.* add: *Burgers Cent: i. Obs: 10. p. 25.*

#### §. IV.

*Secundaria ratio est Dispensatio.* Secundaria ratio, ob quām quis à pœnā violati obsequiū liberatur, potest esse Principis Dispensatio. Quā minus dubit habebit, postquam jam dum capite Praecedentii demonstravimus: nullas pœnas esse per naturam definitas, sed veram atque unicam pœnarum mensuram esse utilitatem Reipubl: adeo ut etiam in crimen homicidii Dispensationi locum esse relinquendū assērere haud verear, cum Deus hodie non amplius supplicis sit placandus, qui penitentia & viā peccatoris emendatā potius quām morte temporali deleatatur: vid: Epist: ad Hebr: 12. v. 24. Hinc consequens est: Si citra certissimum Reip: periculum, pœna, quam maxime quis eam etiam commeritus esset, executioni dari non posit, sumnum in terris Imperantem crimen impunitum relinquere ac ita sudorem mortis abstergere posse, ita ut hac benignitate non postremam divinę, quāmin terris gerit imaginis partem exerceat. Hinc in *L. 3. §. 13. d. l. milit: deciditur: militem, qui arma amisisset, vel alienasset, capite esse puniendum. Sed mox adjicitur: humanè militiam mutat.* Ut enim prudens Medicus non semper urit & secat, sed blandis quoque utitur Medicamentis, immo curam medendi quandoque planè suspendit, si xgrotum spons-

spontaneâ naturâ emendatione alterari videt, ita delictis quoque non semper pœna imponenda est, utpote quæ instar Medicinæ esse debet: Vid: Excellentiss: ac Consultiss: Dn: Thomasi Jurisper: Div. L. 3. c. 7. §. 55. Hinc in Regia Coronationis solennitatibus non solum Regi solet accingi Gladius ad animadvertisendum in facinorosos Roman: 13. vers: 4. Sed inaugurate solet etiam exhiberi sceptrum, signum gratiæ Esther c. 5. v. 1. quo non minus ad misericordiam & humanitatem exhibendam adstrictum se esse sentiat Rex, cum his virtutibus quam proxime accedat Deo. L. fin: C. de donat: inter vir: & ux: Conf: Disp: De abolit: crim: post diem Regia Coronationis Regiomoni habita. Illustr: Dn: Stryk: de Jure Sensuum Dissert: 7. c. 3. n. 34: & Excell: Dn: Johani Samuel Stryke Dissert: de abolit: Principis, cap: 1. n. 24. & seqq: Myler ab Erenbach de Principum obligatione legali, seu legalitate, cap: 16. Secct: 1. n. 6. & seqq: Zepperus de Jure Aggravandi N. 40.

## §. V.

Causæ autem speciales, quæ Principem ad dispensan- *Causæ eius*  
dum moveant, possunt esse vel *intrinsecæ* vel *extrinsecæ*. Illæ, sunt vel in-  
juxta dictum Grotii L. 2. c. 20. §. 25. sunt, quando pœna non *trinsecæ* vel  
esset quidem injusta, dura tamen ad factum comparata. Sic *extrinsecæ*.  
non injustum est, neminem eximere à suppliciis, in quem ca-  
dit noxa, sed siungens sit delinquentium multitudo, hæc mi-  
sericordie locum facit, quandoque ipsi pœnarum remissioni,  
ut ut delicta sint talia, ut morte digna videri possint. Non enim  
est inhumanitas, sed potius summa quedam humanitas, cum multi  
paucorum animadversione salvantur Nov: 31. in pr: Cujus Clemen-  
tia autem Grotius ipsum adducit Deum L. 3. c. XI. §. 17. Qui  
Cananæis, eorumque vicinis populis, longe flagitosissimis,  
pacem offerri voluisse, quæ vitam ipsis sub tributaria condi-  
tione concederet. Cum qua divinâ voluntate concordat  
Jus Militare Augustissimi Imperatoris Leopoldi In dem  
Articulæ-Brieffe Art: 43. Welcher Commandant einen Platz  
übergiebet/ der soll am Leben gestraffet werden/ und die gemeinen  
Soldaten/ wenn sie daran schuldig/ soll der Zehende davon ster-  
ben/ die übrigen aber zu Schelmen gemacht werden. Königl.  
H. 3. Schwed:

Schwed: Vrlegs: Recht. Art: Brief Tit: XI. Art: 55. Chur-  
 Brandenburg Vrlegs: R: Art: 38. Königl: Dämmenmarks  
 Art: 70. Unde simul pater: antiquum Decimationis Ritum  
 adhuc hodie in usu esse, si integra aliqua Universitas grave  
 aliquod delictum commisit. De quo vid: M. Joh: Jacob:  
 Müller P.P. Jen: Diss: de Moralitate Decimationis, add: Behamb:  
*Miles Delinquens Obs: 73.* Causa Extiufeca venit aut ex me-  
 ritô aliquo, aut alia re commendante. Sic si v.g. alii idonei  
 defint, & ingruente Bellô Reip: Necessitas exegerit, quis du-  
 bitet strenuo Ducî capitî supplicium remitti posse. Cum  
 ejusdem operâ Resp: eô tempore carere nequeat. Idem di-  
 cendum, si quis imperatam veniam insigni aliqua utilitate  
 in Remp: compensare queat, qualis casus habetur in L. 5. §. 8.  
 de eô, qui transfugit, & postea multos Latrones adprehendit  
 & transfugas demonstravit, huic enim pari posse Divus  
 Hadrianus rescripsit. cit: loc: add: laudatus Dn: Stryke  
 d. Dissertat: de Abolis: Principis, cap: 4. num: 124. seqq: ubi tam  
 de meritis ipsius Delinquentis, quam de Meritis Majorum  
 prolixe agit. Et l. ad bestias 31. ff. de pen: ex qua DD: hanc  
 regulam formant: Pœnam aut in totum remitti, aut fal-  
 tem minui delinquenti propter ejus insignem peritiam  
 aut celebre Artificium, vid: D. Beier de Artifice Delinquentे à  
 pana ordinaria immuni occasione dict: L. Jena 169.. it: Cramer de  
 Artis Excellentia Carpz: Pr: Crim. L. 3. Q. 149. n. 62. ibique alleg:  
 JurisConsultos Romanos fuisse prudentissimos Delictorum  
 Militarium estimatores; ipsum titulum D. de Re milici evol-  
 ventem latere nequit. Accuratisime enī ibi distinguitur  
 inter delictum ab aliquo Tironum, & qui adhuc disciplinæ mi-  
 litaris ignarus est, commissum & à veterano perpetratum. L. 3.  
 §. 9. L. 14. §. 1. Inter eum qui primâ vice peccavit, & qui iteratō  
 leges transgressus est. dict: §. 9. inter eum, qui antea bonus mi-  
 lies estimatus fuit, & qui suorum negligens atque segnus inventus  
 est L. 5. §. 6. L. 3. §. 11. Utrum per Lastiviam aut vinum lapsus sit,  
 utrum vero in bello deliquerit L. 5. §. 1. Utrum seditionem atro-  
 rem, an vero levem saltrem aliquam vociferationem aut querelam  
 moverit L. 3. §. 19. & 20. Ita ut Prioribus casibus poena aut plane-  
 sis remittenda, aut mitiganda; Posterioribus vero semper ex-  
     aspe-

asperanda. Quæ Discrimina & Temperamenta si à nostris Judicibus castrisibus satis exactè observarentur ; nec nimio rigori, nec nimia lenitatis locus foret, sed semper justum delicto statueretur supplicium. Plures casus, quibus Pio Principi, ut Patri, parum supplicii satis sit, prout hæc vox Christianissima Comico excidit Brunnen; ad L. II. n. 2. ff. de Pens-  
huc referre non attinet, longe prolixior enim est hæc materia,  
quam ut pro dignitate brevi Disputatione enodari possit. In-  
terea, B. L., qua deficiunt, pro Candore tuo, benigna inter-  
pretatione suppleas, & si me hinc inde errasse deprehenderis,  
festinationi & temporis brevitati, intra quam fui coactatus,  
id imputabis, & communis Mortalitatis Legi ræ quoque sub-  
iectum esse perpendes. Nullus enim naturam sic regere pot-  
est, ut non erret nihil, (cum hoc sit proprium solùm Dei. Nov.  
133. c. 5.) quod cum cuivis, etiam maximè senilis prudentiæ  
operi contigerit ; nec huic exercitationi properante manus  
conscriptæ mitior fata polliceri possunt.

*Debet adhuc nasci coquus hic, qui noverit omnes  
Sic condire cibos, sapidi ut sine omniibus aquæ*

### T A N T U M.

#### C O R O L L A R I A.

I. Non datur monstrum civile deformius, ac quando sub-  
ditæ ad censuram suam rapiunt Principem ; quod mihi perin-  
de semper visum, ac quando Patrem familiæ Domestici in  
judicium trahunt, qui semel superiores facti, omnia deinceps  
vecorditer agunt, tumultuarie, impie & confusè.

II. Jacobus VI. Rex Angliæ, erat tantæ bonitatis Philoso-  
phus, ut monetam cudi faceret, gladiò insignem ; cum inscrip-  
tione : *Pro me, si mereor in me.* Sed qualis fuerit hujus Philoso-  
phia effectus in liberis ejus patuit. Contra quod testè dispu-  
tat Grot: L. I. de J. B. & P. c. 3. n. 9. & seqq.

III. Sapienter faciunt, qui malunt pro multis perire, quam  
cum multis ; nam lex charitatis tale quid jubet.

IV. Non compositi solum, sed & magni animi est, nefas du-  
cere Patriæ irasci, non solum quamdiu adhuc Patria est, sed  
etiam quando desiit,

V. Cæ-



V. Captivus eâ conditione ab hoste dimissus, ne contra ipsum deinceps arma gerat, nonobstante promissô in hostem invadenter militare potest.

VI. Falsa juratio exitiosa est, vera periculosa, nulla secura.

VII. Quanquam *esus sanguinis* & suffocati ab Apostolis *Art: 15. 20.* sit prohibitus; tamen hoc tempore autur nali citra conscientia scrupulum tostas comedere alaudas haud vereor.

VIII. *L. 31. C. de Episcop: & cleric: indignum esse Sacerdotio nisi fuerit ordinatus invitus, dudum ab usu recessit.*

IX. Meretrix turpiter facit, quod sit meretrix; non turpiter accipit, cum sit meretrix. *L. 4. §. 3. de condicione ob turp: l. ius: f: caus:*

X. Liberi legitimati per subsequens matrimonium in feudiis non succedunt.

XI. Jure Canonicô eâdem necessitate requiritur consensus parentum ad matrimonium contrahendum, quâ Jure Civili,

XII. Si quis cum corrupta & vitiata aut olim imprægnata ab alio, quam virginem crediderat, matrimonium consumavit, illud rescindi non potest.

XIII. Constitutio *L. Anastasianæ L. 22 C. Mand:* uthumanitas & justitia plena ita merito ubique observanda, quamvis eius abusus circa cessas actiones, uti in Gallia & Suecia non admittitur, ita etiam in Germania merito esset abrogandus.

XIV. Licet Medici per imperitiam aut negligentiam in medendô peccantes teneantur *L. Aquil: §: 6. ius: de L. Aquil: & iuxta Conf: crim: Carol: V. art: 134.* arbitrariè & extra ordinem fini puniendi; raro tamen culpa Medicorum hodiè in judicium vocatur, quod Errata Medicorum terra occultet, Beneficia autem Sol illustret.

XV. Mulier non tantum contra tacitam; sed etiam expressam anteriorum Creditorum hypothecam in repetitione dotoris prælationis jure gaudet.

XVI. Species pignoris, qui *avtixpynis* appellatur, licet præscriptum à Legibus usurarum terminum egrediatur, per se illucita non est.

XVII. Horrenda illa, & diræ imprecationis juramenti formula, quæ extat *Nov: 8. tit: 3.* uti sapit superstitionem papæ & gentilem; ita merito improbatum.

no 18





3

DISPUTATIO SOLENNIS  
DE  
**OBSEQUIOMILITUM**  
IN  
**DEFENDENDO PRÆSIDIO;**  
*Quam*  
**RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,**  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*  
**DOMINO.**  
**FRIDERICO WILHELMO,**  
REGNI BORUSSIÆ, ELECTORATUS  
BRANDENBURGICI HEREDE, &c; &c; &c;  
*EX DECRETO ET AUTORITATE INCLYTAE*  
**FACULTATIS JURIDICÆ,**  
PRÆSIDE  
**DN. HENRICO BODINO,**  
SERENISSIMI ET POTENTISS. REGIS BORUSS.  
CONSIL: ECCLES: IN DUC: MAGDEBURG:  
ET PROF: JUR: ORDIN:  
H.T. DECANO,  
**DN. PATRONO SUO ÆTATEM**  
**DEVENERANDO,**  
*AD D. XXII. OCTOBRIS M DCC L.*  
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS  
PUBLICÆ DISQUISITIONI EXHIBET  
**JO: CHRISTOPHORUS AURBACH.**  
Longosaliss.

HALÆ - MAGDEBURGICÆ, LITTERIS SALEFDIANIS.

